



De sola fide iustificante, seu iustificatione hominis, quid de ea sit pure? sentiendu[m] at[que] docendum, aliquot formulae, collectae

<https://hdl.handle.net/1874/452984>

3

De sola fide iu

S T I F I C A N T E , S E V I V -
stificatione hominis, quid de ea sit
pure sentiendū atq; docendum, ali-
quot formulæ, collectæ per L E O N -

H A R D V M C V L M A N .

num Craylfshei-
mensem,

In usum eorum qui simpliciter ruri uerbum
Dei prædicant, & Christum unicam
nostram esse iustitiam
docent.

A V G U S T I N . E P I S T . VII .

Ego ex eorum numero me esse profiteor, qui scri-
bunt proficiendo, & scribendo
proficiunt.

B A S I L E A E .

THE EBB AND FLOW

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

BOSTON.

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

THE EBB AND FLOW
BY THE AUTHOR OF "THE EBB AND FLOW"
ILLUSTRATED BY THE AUTHOR
AND PUBLISHED BY THE AUTHOR
AT A DOLLAR.
D. C. Heath & Company.

C L A R I S S I M O A T.
que prudentiss. uiro ac Domino, HIE-
RONYMO SCHYRSTA BIO, Pa-
tricio atque Senatori Nurenbergen-
si, suo patrono charissimo,

S. P. D.

ON est ambitio, aut super-
bia, mi Hieronyme, uir cla-
rissime, donum à Deo ac-
ceptum utcūq; exiguum,
ex bono atque sincero corde fratri-
bus communicare. Sunt enim & es-
se debent omnia fratrum & amico-
rum communia: neq; est etiam ullus
respectus occulte musices, neq; ulla
thesauri absconditi utilitas. Etsi do-
num oblatum & communicatū non
usq; adeò omnibus est plausibile: si
quidē etiam apud hoc seculum plus
equo morosum & cōtentiosum, que
sunt præstantissima, raro omnibus
grata sunt & placēt, imo à plerisque
rīxosis & irrequietis contumeliose

a 2 inse-

insectantur, uituperantur atq; dam-
nantur: quales hoc securum & supe-
bum seculum multos habet, qui ni-
hil aliud quam inuehere, caluniari
reprehendere, & quiduis perfricta
frōte, adunco naso, ut dicitur, suspi-
dere norunt atq; audēt: qui consciē-
tiā aut prorsus nullam, aut perpu-
sillam admodum habent: quibus e-
tiam ob cæcitatēm & philautiam, si-
militudo aut dissimilitudo rerū at-
que personarum parum, aut non ob-
oculos obuersatur. Sunt alij, qui in-
iustam religionis sentētiā, ab ipsis
sine testimonio sacrę scripturæ effi-
ctam, mordicus & uiolētia quadam
& summa atq; crudeli tyrānidē tuer-
tur, approbant atq; retinēnt, etiam si
in conscientijs de ueritate conuicē-
sint, quorū mens quam intranquili-
la & irrequieta fuerit, reuelata ueri-
tate, ipsi experientur. Attamen con-
tempto furoris illorū metu, donum
non est intermittendum, aut negli-
gendum,

gendum, sed potius offerēdum atq;
 communicandum, ut pro sit accipiē-
 ti: & hoc quod prodest, gratū sit atq;
 delectet, & habeat suos tutores atq;
 defensores cōtra nasutos derisores.
 Ita & ego spero, me huius mei doni
 te habiturum protectorē, qui & au-
 toritate, prudentia, scientia atq; gra-
 uitate uitæ ac morum uales pluri-
 mūm. Qui me ex corde tuū amicum
 amicissimum esse semper sensisti, si-
 cut & ego te mei amantissimum in
 multis esse perspexi: mec̄ intus &
 in cute nosti qualissim, cui etiam me
 totum aperui. Insuper à te atq; uxo-
 re tua castissima atq; pīssima sāpis-
 simē epulis refocillatus sum, conso-
 latus atq; recreatus. Ideo etiam hoc
 literarīum & theologīcum munuscu-
 lum, pro natalitio munere tibi dedi-
 care uolui, quò me pro acceptis be-
 neficijs memorem & gratū exhibe-
 rem. Ego sanē Deum testor cum bo-
 na conscientia, qui nouit singulorū

corda: tum etiā testor ecclesiā meam,
 me nunquā alicuius fanatici homi-
 nis errores defendisse, neq; alicuius
 nouę doctrinę autore fuisse: sed ma-
 gna diligētia & assidua lectione ex
 sacra scriptura, tum etiā ueterū atq;
 neotericorū scriptis, de iustificatiōe
 nostri quid sentiendū atq; docendū
 sit quęsiuisse, quò bono & tranquil-
 lo animo, meo officio satisfacerē. Id
 quod tuæ prudētiæ atq; humanita-
 ti semper cōfessus sum. Itaq; te oro,
 clarissime uir, pro solita atq; innata
 humanitate tua, oblatū donū quod
 habui, e quo animo accipere, atq; me
 in albo amicorū tuorū retinere uelis.
Quod potui pro uirib. p̄restiti: nemī
 ni, meliora si det, inuideo. Gratia D.
 nostri Iesu Christi iustificatoris atq;
 saluatoris nostri, te, tuā cōiugem, fi-
 lios atq; filias custodiat corpore &
 anima: quib. auspicatū, nouū & fæli-
 cem annū ex toto animo precor.

Bene uale.

Leonhardus Culman ex animo tuu.

DE SOLA FIDE

IUSTIFICANTE, SEV IUSTIFICATIONE HOMINIS, FORMULÆ.

Statutus iustificationis nostræ.



Criptura conclusit omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Item, Conclusit Deus omnes sub incredulitatem, ut omnium

miserentur.

Vnde sequitur, nos omnes esse peccatores, in peccato concupiscentes et natos, prævaricatores legis: nullus nostrum est iustus, ne unius quidem: nullus est qui intelligat aut exquirat Deum: omnes defleximus, simul inutiles facti: non est qui exerceat beatitudinem, non est usq; ad unum. Omnes sumus à natura mendaces, non habitat in carne nostra bonum. Cogitatio nostri cordis mala est, natura in nobis corrupta & uitia est: facti iumentis similes, animales homines, male arbores.

Et quid facimus corrupti & depravati? Conuersamur in concupiscentijs carnis nostræ, facimus quæ carni & menti libent: facimus opera carnis, quæ sunt, adulterium, scortatio, imundicia, lascivia, simulacrorum cultus, ueneficiū, inimicitiae, lis, emulationes, iræ, concertationes, seditiones,

8 De iustificatione

ditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeßationes. Tales sumus omnes, et si non manu, aut ope: attamen uel ore, uerbis, affectu, cogitatione, aut concupiscentia cordis.

Quid fuimus, quid amisimus, & quid sumus.

Fuimus, quod amisimus per lapsum & peccatum Adæ:nempe imaginem Dei, originalem iustitiam, liberum arbitrium, possibilitem, & innocentiam.

Hoc est: Non sumus sapientes, iusti, boni, ueraces, sancti, integri, innocentes: non uerè fidimus Deo, Deum non uerè diligimus, non uerè timemus Deum, sumus facti peccatores & serui peccati, corrupti, depravati, uitati, mali: regnat & dominatur in nostro corpore mortali peccatum, concupiscentia: tum etiam interni affectus praui sunt, impuri, ad malū inclinati & proni omni tempore.

Quid inde sequitur?

Sequitur, quod sumus natura filij iræ, maledicti, rei mortis & æternæ damnationis. Poena enim peccati & transgressionis est, perditio, mors corporalis & æterna, infernus & dænatio. Sicut scriptum est: Per peccatum introiit mors. Item, Stipendum peccati mors est. Item: Si secundum carnem uiixeritis, moriemini. Item: Si talia facitis, regnum Dei non possidebitis. Item: Ite maledicti in ignem æternum.

Hominis:

9

eternum. Tum etiam peccatum meretur peccatum, peccatum punitur peccato; peccatum sequitur mala conscientia, ignominia, opprobrium, infortunium & maledictio: peccatum facit peccatores ignobiles & ignominiosos. Postremo sequuntur peccatum uaria genera morborum, pestis, calamitas, bellum, rerum omnium penuria, securitas, contemptus & neglectus uerbi Dei, & charitatis erga proximum. Et sic est miserrimus hominis status, captiuitas, & carentia uitæ æternæ, ploratus & stridor dentium.

Vnde ergo est salus & redemptio?

A solo Deo, per Christum, ex immensa eius gratia, bonitate, charitate & misericordia. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Item: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Item: Animam meam pono pro ouibus. Item: Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Itē: At postquam bonitas & erga homines amor apparuit seruatoris nostri Dei. Item: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quod filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum.

Ita sacerdos scriptura ubique commendat Dei beatitudinem, gratiam, misericordiam & clementiam, il-

a s liq;

De iustificatione

liq; causam salutis nostræ in solidum tribuens, &
non operibus nostris, neque iusticiæ nostræ. Et
haec immensa Dei misericordia, bonitas & dilec-
tio erganos, innotuit mundo, cum exhibitus fuit
Christus, unigenitus Dei filius in carne: imò hanc
ingentem Dei patris erga nos dilectionem, Chri-
stus reuelauit uerbis & operibus.

Causæ incarnationis Christi.

Ut saluum faceret populum suum in eum cre-
dente, à peccatis suis: ut seruetur mundus per eum,
qui dedit seipsum pro peccatis nostris, ut nos eri-
peret ex præsenti seculo malo: ut nos redimeret ab
execratione legis, ut uiueremus per ipsum: ut nos
Deo patri reconciliaret, qui est propitiatio pro pec-
catis nostris: qui dedit seme ipsum precium res-
demptionis pro omnibus nobis, ut nos redimeret
ab omni iniquitate: qui & ideo apparuit, ut pec-
cata nostra tolleret, ut disoluueret opera diaboli,
peccatum & mortem, destrueret regnum diaboli.
Qui & in mundum uenit, non ut mundum iudicet,
sed ut seruet: uenit querere oues perditas, peccato-
res saluos facere: qui est agnus Dei, uel uictima pro
nobis factus, portans, auferens atque delens pecca-
ta nostra: cuius sanguis emundat nos ab omni pec-
cato. Qui uulneratus est & occisus propter trans-
gressiones nostras: qui traditus est propter pecca-
ta nostra, & excitatus est propter iustificationem
nostræ:

Hominis.

ii

noſtri: ſentiens iram Dei & mortem aeternam, ut redimat nos ab ira Dei, a maledictione legis, factus pro nobis maledictio, a morte aeterna, & ab omni iniquitate.

Adeo non est paſſus Deus nos miſeros peccatores interire, ut per traditionem filij ſui in mortem, queſterit nos ſaluare a peccato & a morte. Reſpexitq; non ad merita uel dignitates noſtras, ſed ad ſolam miſericordiam ſuam, ſeu benignitatem & humanitatem: & in illis efficax erga nos fuit, ut auferret a nobis peccata noſtra, & mortem aeternam per Christum Iesum, qui eſt noſter iuſtiſi- cator, propitiator & redemptor, per quem Deo reconciliati ſumus: in quem noſ intueri oportet, ut in precium & ſatisfactionem pro peccatis noſtris & pro aeterna morte, tum deniq; ut in ipſiſimam iuſticiam & uitam noſtrā. Quia extra Christum, nullam neque iuſticiam, neq; ſalutem habemus.

Hæc Christi beneficia ſunt ne tacenda?

Minime gentium: ſed ſunt Christi Iesu iuſu & mandato diuulganda, annuncianda, prædicande & offerenda omnibus hominibus. Sicut dixit: Ite in mundum uniuersum, & prædicate Euangeliū omni creaturæ. Item: Profecti prædicate, dicentes, Appropinquauit regnum cœlorum. Item: Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce:

De iustificatione

luce: & quod in aurem auditis, prædicate in teatis.
Iussit et prædicare in nomine suo pœnitentiam &
remissionem peccatorum. Ita Paulus iubet, sumen-
tes corpus & sanguinem Christi, annūciare mor-
tem Domini, donec uenerit. Sicut & Petrus ait: VI.
prædicetis & annuncietis uirtutes illius, qui è te-
nebris uos uocauit in admirabilem suam lucem. Si
Christus ait ad uirum illum, è quo dæmonia exie-
rant: Redi in domum tuam, & narrā que cungisti
bi fecerit Deus. Sic etiam pater familiæ emisit ser-
uos suos hora cœnæ, ut dicerent in uitatis, hoc est,
prædicarent & annuncient: Venite, quia iam o-
mnia parata sunt.

Est quidem salutis nostræ solus autor & cauſa
 efficiens, Deus pater, filius & spiritus sanctus: sed
 media per quæ nobis offertur salus, sunt, uerbum
 uocale, prædicatio Euangeli & sacramenta.
 Per Euangelium manifestatur, annūciatur, &
 offertur nobis totus Christus.

Quod sit creator cœli & terræ, per ipsum o-
 mnia facta & cōdita esse, uerus & naturalis Deus,
 unigenitus Dei uiuentis filius, Dei patris uerbum,
 expressa & uiua imago substantiæ patris, uera
 Dei species, facies Dei placati, seruus Dei, gra-
 tia & misericordia Dei, uerus & promissus
 Meßias, innocens & purus, Deus & homo.

Sitque nostra reconciliatio cum Deo, uicti-

Hominis.

13

ma pro peccatis nostris, legis impletio, nostra ini-
sticia & salus, uia, ueritas, uita, et resurrectio,
optim seu ianua ad cœlum, uitis uera, lux &
gloria.

Sit semen mulieris, & benedictum semen Abra-
hae, contritor capitis serpentis, benedictio omnium
familiarum terræ, Emanuel, admirabilis, consilia-
rius, dux, gigas, perpetuus pater, princeps,
puer nobis natus & datus, dominus noster, iustus.

Sit etiam noster iustificator, sanctificator, re-
demptor, mediator, satisfactor, propitiator, pon-
tifex, sacerdos, intercessor, saluator, liberator, ui-
ctor potens Sathanæ, æternæ mortis atq; inferni,
agnus Dei uel uictima, purgator.

Sit noster sponsus, exauditor, tutor & auxilia-
tor in necessitatibus, noster medicus omnium mor-
borum, dator uitæ æterne, & omnium bonorum
Dei: sit dominator & regnator regni sui spiritua-
lis & cœlestis, dominus super omnia, rex iustus &
saluans: rex, præco & dator iustitiae, uitæ & pa-
cis æterne.

Quomodo horum Christi operum, bene-
ficiorum seu officiorum, & sic salutis
reddimur participes?

Per fidem. Oblata enim salus, merita, opera,
beneficia atq; officia Christi à Deo patre nobis in
Christo donata, passione, morte & resurrectione
Christi

Christi nobis promerita & impetrata, sunt nostra per fidem in Christum, seu propter Christum fide susceptum. In quem si credimus, & baptizamur, eiq; fide inserti & filii Dei facti, erimus particeps Christi, & omnium eius beneficiorum & meritorum: scilicet gratiae Dei, remissionis peccatorum, iusticiae & uitae æternæ, quæ omnia per peccatum in Adam amisimus: donamur Spiritu sancto qui regenerat nos, & facit nouas creature.

Tum etiam per fidem Iesu Christi, sive ex fiducia Christi, iustificamur & liberamur ab execratione legis, à morte æterna & regno diaboli: per fidem in Christum accipimus promissionem, Spiritus benedictionem Abrahæ factam, remissionem peccatorum. Siquidem accipiunt remissionem peccatorum per nomen Christi, quotquot in eum credunt: & qui credunt in Christum Iesum filium Dei unigenitum: non peribunt, sed habebunt uitam æternam, non pudent, seruabuntur per ipsum: non condemnabuntur, transibunt à morte in uitam: non morientur in æternum, sed uiuent perpetuò cum Christo: In tenebris & sepulchro non manebunt, sed excitabuntur à Christo, resurgent & illuminabuntur. Sicut inquit Christus: Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, habet uitam æternam. Item: Hæc est uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in

Hominis.

25

et habebat uitam æternam, et ego suscitabo eum
in nouissimo die.

Et sic per fidem in Christum applicatur nobis
totus Christus, quantus quantus est, meritum Chri-
sti remittuntur nobis peccata, communicatur no-
bis iustitia Dei et saluatoris nostri Iesu Christi,
conceditur uita æterna.

Nihil etiam est præter Christum, quod possit
conferre remissionem peccatorum, iusticiam, ui-
tam atq; salutem. Christus est author et dator iu-
sticie, uita et salutis: est nostra iusticia, uita, redemp-
tio, sanctificatio et satisfactione: nos illa fide in Chri-
stum percipimus, et per fidem Christo inserimur
et incorporamur: fide noster fit Christus, cum o-
mnibus bonis et gratijs suis, ut uiuat ipse in nobis,
et nos in ipso.

Ideo rectè dicimus, fidem se habere correlati-
uè ad bonitatem Dei, tanquam ad obiculum: atque
ideo, quod fides iustificare dicitur, nihil esse aliud,
quam si bonitatem Dei iustificare dicamus.

Haud itaque putandum est, quod propter fidei di-
gnitatem in se iusti simus, sed quod propter bo-
nitatem Dei fide apprehensam, iusti repu-
temur.

Summa, fides in Christum, apprehendit et
accipit in Christo, remissionem peccatorū, iusti-
cia, spiritum sanctum, salutem et uitam æternam:

quæ

quæ omnia à Deo in Christo & per Christum
dantur, donantur, applicantur & communican-
tur: & à credentibus in Christum mortuum &
resuscitatum apprehenduntur, possidentur & be-
bentur.

Non enim est aliis modus recipiendi Christum,
cuiusq; opera, merita & beneficia, quam sola fides.
Christus neminem iustificat sine fide, neque fides iu-
stificat sine Christo, ergo solus Christus sola fide
à nobis apprehensus, est nobis iustitia coram Deo.
& Deus pater offert nobis filium suum Iesum Chri-
stum in Euangelio: quem non possumus suscipere,
ut fiat noster, nisi sola fide.

Quid sequitur fidem?

Credentes in Christum, & baptizati, induun-
t Christum, sunt filij & hæredes Dei per Christum,
in quorum corda emittit & effundit Deus spiri-
tum filij sui, qui est spiritus gratiæ & orationis
certificans de gratia Dei, & clamans Abba patre
per quem spiritum sanctum, qui datus est nobis, se-
fusa est dilectio Dei in cordibus nostris.

Et ita in credentibus nihil est damnationis, qui
insiti sunt Christo Iesu: in quibus iam uiuit & agi-
t Christus, efficax est in illis, operatur uirtutes in il-
lis, loquitur in illis, qui ut filij Dei per fidem ducuntur
spiritu Dei: qui sunt templum Dei uiuentis, & spi-
ritus Dei habitat in ipsis, efficiens omnia in omni-

Hominis.

17

bus: in quibus inhabitat uirtus Christi, qui potens est in ipsis, agit in ipsis & ut uelint & ut perficiat, pro bono animi proposito: qui omnia possunt per Christum, qui eos corroborat: quibus non est datus spiritus timiditatis, sed potestiae, dilectionis et sobrietatis: qui est & spiritus consolationis, ueritatis, ducens in omnem ueritatem.

Quæ sunt age officia Spiritus sancti,
habitantis in cordibus fidelium?

Spiritus sanctus, qui est æternus Deus, à patre & filio procedens, hæc habet officia, in cordibus nostris accendere ueram cognitionem Dei, fidem, amorem, inuocationem, ueram obedientiam, redere ueraces in agnitione Dei et inuocatione. Item testari de Christo, & de eius persona atq; officio, quod sit Deus & homo, redemptor humani generis, promissus Meßias, impellere corda ut assentiatur Euangeliu, consolari, creare in nobis nouos et sanctos motus, gubernare nos & defendere contra hostes diabolo, & alios omnes tum corporales tum spirituales.

Est & officium Spiritus sancti, docere & illuminare, quæ in Euangeliu per Christum sunt tradita, de rebus necessarijs ad uitâ æternam, in nobis omnia recreare & innouare: hoc est, motus nouos & cōgruentes legi Dei in cordibus nostris exuscitare, ut Deum uerè agnoscamus, & ei obediamus.

b

Quid

De iustificatione

Quid tum fructus sequitur, Christo iam
suo spiritu per fidem habitante
in nobis?

Iustificati iam fide, pacem habemus erga Deum
per Iesum Christum, induiti iam nouo homini,
qui conditus est iuxta Deum, per iustitiam &
sanctitatem ueritatis, deponimus ueterem ho-
minem, morimur peccato: uiuimus porro iu-
sticie, non sinimus peccatum in nobis domina-
ri uel regere: mortificamus & crucifigimus
carnem, & eius concupiscentias: non obedimus
carnei per cupiditates, sed obedimus iusticie,
seu Deo: sumus ut populus Dei, purificati Deo-
sectatores honorum operum: abnegamus impie-
tatem & mundanas concupiscentias, uiuimus in
præsenti seculo sobrietate, iuste & pie.

Et sic iustificati, regenerati ac renova-
gratia Dei per Iesum Christum, & eius spiri-
tu, expectamus beatam illam spem & illustra-
tionem glorie magni Dei, & seruatoris nostri Iesu
Christi: & sic tandem in fide perseverantes
efficiemur heredes uitæ æternæ, iuxta spem: Deo
reddet nobis fructum tranquillum iusticie, qui
tiam per illum sumus exercitati, qui et propter ini-
tiacionem persecutionem passi sumus, erimus tunc beati
accepimus coronam uitæ & iusticie, reporta-
bimus immarcessibilē glorie coronam, quā nobis
perseuerantibus

Hominis.

19

perseuerantibus in fide reddet Dominus noster Iesus Christus in illo die, cum apparuerit qui est iustus index, laudandus in secula seculorum, Amen.

Ad Hebreos cap. 3.

Christi participes facti sumus, si sane initium substantiae usq; ad finem firmum tenuerimus.

Alia forma docendi de iustifica-

tione,

Volumus hanc formam iustificationis nostri inchoare à primis parentibus, qui ad imaginem Dei creati fuerunt: hoc est, in iusticia, sapientia, bonitate, ueritate, & sanctitate, qui Deo uerè fidere potuerunt, illum uerè diligere, uerè timere, ornati pudicitia, compositi temperantia, circundati charitate, uestiti immortalitate, boni, recti, & sine peccato creati, ueraces, sancti, iusti, cum libero arbitrio: quo potuerunt, si uellent, humili & bona uoluntate seruire & obedire: quo arbitrio etiam possent, si uellent, propria uoluntate peccare.

Et hec est prima iusticia, quæ uocatur originalis iusticia, qua homines primi Adam & Eva fuerunt iusti, ueraces, recti, non solum corpore, sed magis animo: qui agnouerunt Deum, Deo cù summa uoluptate obediuerūt, intellexerūt opera Dei, etiam nō admoniti, insigni et purissimo affectu dilexerunt Deum, uixerunt inter creaturas

b 2 Dei

De iustificatione

Dei in pace, sine timore mortis, sine omni metu
morborum: habueruntque corpus obedientissimum,
repugnans malis affectibus.

Lapsus primorum parentum.

Sed haec omnia lapsu suo amiserunt, & non tam
tum pro se, uerum & pro omnibus hominibus se-
cundum naturam propagatis, qui nunc nascuntur
cum peccato & concupiscentia, hoc est, quod am-
plius natura non sunt sapientes, iusti, boni, recti,
non possunt Deo à natura uerè fidere, nec illum
uerè diligere, effecti filij iræ, damnationis & mor-
tis: quæ mala etiam manent eos, quamdiu non re-
nascuntur per baptismum & Spiritum sanctum:
per quæ media propago originalis uitij soluitur,
non ut non sit in nobis, sed ne imputetur, & ne
damnet.

Ita lapsu hominis, tota natura humana uitia-
ta est, intellectus obscuratus, uoluntas depravata,
amissa est iusticia originalis, ut homo amplius
Deum non agnoscat, & uoluntatem eius: non ar-
nitaduertat, quæ sunt Dei: & non fudit miseri-
cordia Dei, non metuit Deum, non agit gratias
Deo ubiq; & semper: eius non solum anima,
sed etiam corpus concupiscentia defœdatum est,
furore fœde libidinis, seu impetu carnis, malis af-
fectibus, &c.

In anima, amissa est fides & cognitio Dei: sue
cessit

cessit in locum incredulitas, ignorantia Dei, despe-
ratio, odium, blasphemia, & alia animæ uitia, in-
tranquilla conscientia.

Corpus defœdatū est misera & foeda libidine
seu concupiscentia, morbis, ægritudine, corruptio-
ne. Summa, tota humana natura antea integra,
nunc penitus depravata est.

Et sic confitemur, omnes homines (priusquam
iustificantur, hoc est, remissionem peccatorum per
fidem in Christum Dominum accipient, ac spiri-
tu filiorum Dei donati fuerint & agantur) esse
peccatores, impios, in peccato conceptos & ge-
nitos, peccato mortuos, sub ira & maledicto Dei,
sine Deo, sine Christo: eoq; non posse nisi peccare,
impie facere, iram Dei contra se prouocare.

Et si quis bonus motus, mouens ad pœnitentiam,
in hominibus existit, eum dicimus esse opus, non
ipsorum hominum, qui adhuc à Deo, qui solus bo-
nus est, auersi sunt: sed Dei miserentis, & ad pœni-
tentiam uocantis, agentisq;.

Vnde negare non possumus, nec debemus, nos
omnes ex uitiosa natura Adæ concœpiſſe hæredi-
taria propagatione, corruptionem, defectum, &
concupiscentiam, pugnantem cum lege Dei: hoc
est, nos omnes nasci à natura corrupta & uitiata,
peccatores, incredulos, & inimicos Dei: non nosſe
Deum, neq; eius legem & uoluntatem requirere,

Sed appetere & agere ea tantum, quæ carnis affectus ac cœcrationis libido nobis suggestit, facili iam serui peccati.

Et sic amissimus simul imaginem Dei, immortalitatem, possibilitatem, innocentiam, gratiam, & liberum arbitrium. Contraximus autem malitiam, ignorantiam, difficultatem, uercundiam & erubescientiam, carnalem nativitatem peccato & morti obnoxiam, mutationem nostræ naturæ in deterius, impeditiōnem, ut non faciamus quæ uolumus.

Vnde et in nos omnes, utpote peccatores, mortis regnum & dominium obtinuit: obnoxij facti iræ Dei, tyrannidi diaboli, damnationi & maledictioni. Insuper morbis, dannis, pesti, periculis, erroribus, doloribus, cædibus, & omnibus calamitatibus, quibus humana natura subiecta est propter peccatum.

Restitutio amissæ salutis.

Et quia sic fatemur & sentimus, etiam non omnes esse peccatores propter transgressionem lapsi: cogimurque dicere, Adam peccato suo non perdidisse, fecisse nos hostes Dei, obnoxios ire & iudicio Dei, & reos æternæ mortis.

Attamen scimus, credimus & confitemur, Iesum Christum filium Dei, ex mera misericordia & dilectione, ideo in hunc mundum uenisse.

Hominis.

23

sc. ut auferret, solueret & aboleret opera & uincula diaboli, destrucret ac deuastaret eius regnum, imperium & tyrannidem, peccatum scilicet, mortem atq; infernum, iuxta promissionem: Semen mulieris conteret caput serpentis.

Idq; perfecisse testamur, per suam passionem, mortem & resurrectionem: qui & in signum uictorie rediuius è tumulo surrexit, ac postea triumphans in coelum ascendit, captiuam duxit captiuitatem, testificans se uicisse peccatum, mortem, satananam & infernum: tum etiam ipsum esse verum Dei filium, & potentem Dominum atq; uictorem omnium suorum atque nostrorum hominum, atq; credentibus in ipsum restituisse uitam aeternam.

Ideo recte confitemur, Iesum Christum filium Dei hanc ob causam in hunc mundum uenisse, ut totum genus humanum redimeret & libera ret à maledictione & damnatione legis, ab ira Dei grauissima, & tyrannide, dominio et iure peccati: & sic diaboli, martis aeternæ, & inferorum.

A quibus hostibus, et illorum captiuitate, nullus Angelus, nedum homo potuit genus humanum redimere et liberare, nisi solus Dei filius: qui ideo apparuit, ut dissolueret opera diaboli, ut peccata nostra tolleret, atq; nos liberaret. Sicut ait: Si uos filius liberauerit, uerè liberi eritis.

b 4 Deinde

Deinde etiam fatemur, Christum Iesum filium
Dei uenisse, ut saufaceret legi et uoluntati Dei, cui
nullus hominum satisfacere potuit, et legi prestatre
perfectam impletionem, quam lex ab omnibus exi-
git, ob infirmitatem & corruptionem naturalem,
seu ob peccatum originale, siue naturā corrupti.

Verū erat implenda lex: alias coram iusticia
Dei nullus nostrūm consistere potuisset, nullusq; in-
gratiam Dei recipi, à qua excidimus propter pec-
catum contractum. Sed solus Iesus Christus sua obe-
dientia & impletione satisfecit iusticiæ Dei, le-
gem perfectè impleuit: quia Deum patrem & nos
homines perfectè dilexit, & hanc suam satisfactio-
nem & impletionem credentibus in ipsum donat.

Et ita certo asserimus, hanc redēptionem seu
liberationē, sicut et satisfactionem, necessariā suis-
se, sine quibus nullus hominum saluari, et in gratia
redire, seu Deo reconciliari potuit proprijs uiri-
bus, operibus, meritis & iusticijs. Nam iusticia
Dei sine se ipsa neminem admittit in regnum caelo-
rum, in commercium Dei & sanctorum: adeò stri-
cta est.

Ob peccatum enim omnes homines exclusi &
expulsi sunt è paradiſo: neq; recipiuntur aut exau-
diuntur et saluantur, nisi uestiti iusticia originali,
quæ est Christus, qui factus est nobis à Deo iusti-
cia: qui est uiuificator, auxiliator & consolator
omnium.

omnium credentium: est resurrectio, uia, ueritas
 & uita. qui, si egemus eius uerbo, consolatione, au-
 xilio & uita, dat nobis. Si sumus iniusti, pecca-
 tores & mortui, dat nobis suam iusticiam, remis-
 sionem peccatorum & uitam, imo per fidem in
 ipsum Christum omnia nostra sunt, quae Christus
 habet & possidet.

Hec igitur duo, scilicet satisfactionem & re-
 demptionem, seu iustificationem, peregit Christus
 Iesus, uerus Deus & homo, suis operibus: scilicet
 sua passione, & effusione sanguinis, morte, resur-
 rectione & ascensione, quibus nos reconciliavit
 Deo, satisfecit legi & iusticie Dei, deleuit pecca-
 tum, uicit mortem, destruxit infernum & totum
 regnum satanicum, stetit in nostrum locum, pas-
 sus ea que nos propter transgressionem pati de-
 buimus: & sic a potestate inimicorum nos libera-
 uit, ut pote Deus uerus & homo.

Quid sit Christus.

Christus Iesus est Dei et Mariæ filius, qui ex me-
 ramericordia & dilectione tradidit & obtulit
 semelipsum Deo sacrificium, pro nobis miseris pec-
 catoribus redimēdis, ut nos sanctificaret in æternū:
 est largitor gratiae, iustificator, saluator, mis-
 erator & amator eorum qui sunt in angustia, pec-
 cato & morte: & talis amator, qui tradidit seipsum
 pro nobis, noster pontifex seu sacerdos & media-

tor inter Deum et nos miseris peccatores: et in summa, nihil nisi mera et infinita misericordia, donata et donans.

Christi officia.

Officia Christi sunt, placare Deum, intercedere et orare pro peccatoribus, offerre seipsum hostiam pro peccatis eorum, redimere, docere et consolari peccatores: quorum misertus est, uidens illos impios, errantes, auersos a Deo, et semper longius ab eo recedentes, et pugnantes contra Deum, captos, rectos et uectos a diabolo: quos ta men ex misericordia praeueniente sic dilexit, ut se met ipsum traderet pro eis, et sic a lege, peccato, diabolo et morte liberaret.

Nos igitur perditi et damnati peccatores, non potuimus alio quodam precio redimi, nec potuit placari Deus, nisi hoc immenso et infinito precio, scilicet morte et sanguine filij sui, qui tradidit ipsum pro nobis, et fudit pro nobis sanguinem suum: et sic liberauit nos a terroribus legis, a peccato et morte: ac transluxit nos in libertatem, iusticiam Dei, et uitam eternam.

Applicatio operum, officiorum & beneficiorum Christi.

Verum horum operum et officiorum, seu beneficiorum Christi, huius eius satisfactionis et redemptionis participes fiunt, quoquot in Christum

Hominis.

27

num Iesum credunt : imò credentibus, & ipsum
fide uera recipientibus, hæc sua opera, hos suos
labores & languores, ut sint illis propria et fa-
lutaria, donat.

Adeò magna res est fides uera et uiuida in Chri-
stū, qua dantur et donantur gratuitò, imò accipiun-
tur hæc opera & beneficia Christi: & sicut Chri-
sti sunt, ita fiunt omnium credentium propria,
ex gratia, charitate & misericordia Dei patris.

Ita & nos hæc omnia Christi officia ac ope-
ra certa fide concipere debemus, & applicare
nobis: certoq; statuere, quod simus ex eorum
numero quos Christus dilexit, & seipsum pro no-
bis tradidit in mortem, hæc omnia ad nos perti-
nere & uenire.

Fides iustificans, & sal- uans.

Cum autem soli fidei in Christum iustifica-
tionem ac salutem tribuimus (siquidem salus seu
uita æterna contingit ex ipsa gratia Dei, quam
fide apprehendimus) non loquimur de fide ste-
rili, aut mortua, aut historica fide: sed de ea fi-
de, que est firma animi fiducia in Christum, tan-
quam unicum Seruatorem, à patre missum: uel
in Dei misericordia propter Christū, qua fide aſſe-
timur uerbo Dei, & promissione Euangelij: qua
apprehendimus

De iustificatione

apprehendimus misericordiam Dei, qua confidimus nobis gratis esse remissa peccata. & nos iustos pronunciari coram Deo propter Christum, ut ipote eum qui iustificat impium, sine quo nemo reconciliatur Deo: qui uenit querere & seruare quod perierat. unde & iustificator, reconciliator, mitti diator & saluator dicitur.

Hæc inquam fides nō est frigida quædā opinio, aut uaga humani animi cogitatio: sed est uiuax quædā & indubitata opinio, fiducia constans, et animo sa, misericordiæ Dei erga nos: qua certi sumus supra omnem certitudinem, nos placere Deo, nos habere propitium & ignoscentem Deum in omnibus quæ facimus aut gerimus, propitium in bonis, & ignoscentem in malis, qua proijcimus nos totos in Deum, & permittimus nos Deo.

Imò hæc fides est efficax, uiua, spirās & potens energia in corde, & uera fiducia in Deum & eius promissiones de Christo: ipsum scilicet Iesum Christū filiū Dei, totum nostrū esse, nobis à Deo patre missum, nobis natum & donatum, pro peccatis nostris mortuum, & resurrexisse propter iustificationem nostri: per ipsum, patrem esse placatum & reconciliatum, qui pro nobis in ipsum credentibus sua passione, morte & resurrectione, iusticiæ Dei satisfecit, nos à lege & peccato liberavit.

Hæc cùm corde credimus, & ore confitemur,
(scilicet

Hominis.

29

Sicilicet Iesum Christū nostrum esse iustificatorem, sanctificatorem, satisfactorem, redemptorem & salvatorem, nobis seruissē sua doctrina, miraculis, operibus, et tota sua uita: nobis natum, pāsum, mortuum, sepultum, resurrexiſſe, ex cœlos ascendisse, sedere ad dexteram Dei patris, illic nostrum eſſe mediatorem, propitiatorem, oratorem seu intercessorem unicum) iustificamur, & saluamur: hoc est, absoluimur à peccatis, gratis: donamur iusticia Christi, reddimur filij & hæredes Dei: non peribimus, nō cōfundemur, sed certò habebimus (perseuerantes in finem usq; in hac fide) uitam æternam.

Verūm huic fidei uiuæ & ueræ in Christum, non potest abesse spes & charitas, & alia bona opera: imò certo atq; necessariò consequuntur. Ipsa enim fides uera & uiua, per se plena est operibus bonis: imò ipsa fides in Deum, & Dei filium, scilicet Christum, totam uitam Dei & Christi continet, & uitam bonam ab ea fide inseparabilem: imò ea ipsa fides est bona uita. Adde etiam, hanc fidem uiuam dici genitricem bonæ uoluntatis, & iusta & piæ actionis, ac totum chorūm uirtutum, nouæq; uitæ.

Mortua ergo fides, est, que uitam illam Dei non adſert: & bonis operibus, id est, noua uita, charitate,

De iustificatione

charitate, emendatione, & alijs fructibus cō-
ret: quæ facta fides à Paulo uocatur, & à Christo
temporaria.

Etiam fides uacillans, seu dubitans, non ius-
tificat coram Deo: unde & Christus sēpe in-
crepat uacillantes & dubitantes Apostolos in
fide. Ergo certa & indubia fides probatur,
qualis fuit Abrahæ fides, qui non infirmatus fide,
non h̄esitabat ad promissionem.

Hanc fidem uiuam, uocamus fidem ueram,
fidem gratiæ, fidem Euangelicam, fidem iusti-
ficantem & saluantem, qua filij Dei renasci-
mur, & in Christo uiuimus, mouemur & su-
mūs, eiq; ut uiti frugiferi insiti palmites, non possum-
mus non fructum ferre.

Testantur de hac fide uiua & uera, primò
confessio fidei & sincere doctrinæ in cruce &
persecutione: scilicet, Christum esse filium Dei
uiuentis, quæ fides non est mortua, sed uiua, uita
habet, & uiuit in Christo, qui uita est.

Deinde etiam de hac fide uiua & uera te-
stantur Sacramēta. abluiimur enim singuli baptis-
mate à peccatis nostris, et Christo inserimur, ut in
eo beatam et æternam uitā uiuamus. Sicut Paulus
auit: Quotquot baptisati estis, Christum indui-
stis. Sumus enim in nomine Domini baptisati,

Hominis.

31

ut iam non nos , sed Deus uiuat in nobis : &
nomen impiorum pereat , quod solum Dei nomen
in nobis sit.

Postea quoq; in Eucharistia singuli pasci-
mur corpore & sanguine Christi , ut in Chri-
sto maneamus , & illum habeamus manentem
in nobis . Cum enim in Cœna porrigit nobis
corpus & sanguinem suum Christus , quid aliud
faciat , quam quod offerat se se totum hospitio no-
stro excipiendum?

Ita pœnitentes singuli peccatis absoluimur
in nomine , uerbo , promissione & mandato Chri-
sti , eiusq; ordinatione & institutione : cui si
credimus , hac fide ipsum habemus inhabitantem
in cordibus nostris : & per ipsum , seu pro-
pter ipsum , habemus remissionem peccatorum ,
iusticiam , & uitam æternam.

Sacramenta enim ideo exhibentur , ut sta-
tuamus nos certò fide , per Christum habere iusti-
ficationem : hoc est , à peccatis remissionem ,
reconciliationem cum Deo , & uitæ æternæ hære-
ditatem .

Vnde ueniat fides.

Et haec fides uera , ut est opus Dei in nobis , ita ue-
nit ex auditu uerbi Dei . Est enim eius fidei cauſa
efficieſ , Spiritus sanctus , et uerbu Dei mouēs ani-
mā nostrā , quo affetimur uerbo Dei , qui enim uer-

bux

De iustificatione

bum Dei audiunt & apprehendunt, eique obtinemur
 perant: hos haud dubiè mouet Spiritus sanctus,
 & gubernat: qui & largitur spiritui nostro, ut
 certum & indubitatum præbeamus assensum E-
 uangelio, & firmiter credamus, Deum nobis
 peccata condonare, & habere nos filiorum loco,
 propter Christum filium suum: ita ut sine hæsi-
 tione inuocemus patrem, & sciamus quòd que-
 ab eo in nomine filij sui petimus, daturus sit
 nobis.

Et huic fidei uerae & uiue cognata est fides,
 quæ expectat futuram remissionem peccatorum,
 seu liberationem, quam fides in præsentia ac-
 cipit.

Efficacia fidei.

Hæc fides reddit nos capaces gratiæ, remissio-
 nis peccatorum, ac uitæ æternae: mentes nostras
 credentium scilicet, Deo coniungit, iustificat &
 pacat, corda purificat, et uarijs uirtutibus ornat,
 uidelicet timore Dei, spe, patientia, dilectione, hu-
 militate mentis.

Ex hac fide fluunt opera bona, quæ in se non is-
 tificant operantem, sed testantur de cordis iusfi-
 catione, quæ est per fidem: & propter hanc fi-
 dem in Christum, Deo placent bona opera, atque ab
 ipso pro sua bonitate remunerantur.

Attamen

Hominis.

33

Attamen non debemus propterea ipsorum bonorum operum gratia, uitam æternam polliceri, cum sint imperfecta: sed uita æterna contingit ex ipsa gratia Dei, quam fide apprehendimus: & fides iustificans & saluans est, ex sola gratia Dei gratuita.

Hec etiam fides, quæ est tam animosa fiducia misericordiæ Dei, ualeat & subsistit coram Deo, totum hominem transformat & nouat, & talem facit, ut reddat iuxta uulgatam illam iusticiæ definitionem, unicuique quod suum est, cor exhilarat, erigit & excitat, rapitque dulcissimis quibusdam affectib. erga Deum & hominem, exerit se omnibus pietatis & iusticiæ officijs, mouet atque impellit perpetuò credentes ad opera bona, non est ociosa, seruit proximo per charitatem.

Summa, uera fides nunquam cessat uerè pia uerèq; Christiana opera operari, sponte fertur ad operandum, semper erumpit in opera, inuocat & glorificat Deum, eiique gratias agit, odit peccatum, non delectatur peccato, neque propositum habet peccandi.

Iusticia ante legem, & sub lege.

Patres ante legem, et ante natum Christum, nullam aliam iusticiam habuerunt, quam iusticiam fidei in promissum semen. Sic Adam & Eua post lapsum audiunt: Semen mulieris conteret caput serpentis.

c

Sic

De iustificatione

Sic Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes, ex fide in promissum semen, id est, Christum, iustificatus est. iuxta illud: Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iusticiam, id est, credidit Abraham se habere per semen Christum, remissionem peccatorum, liberationem a maledictione, ira Dei, aeterna morte, et se habituram hereditatem aeternam.

Vnde uidemus, nec ante legem, nec in lege ullam fuisse ueram iusticiam, quam eam quae est in Christo per fidem, quae fides certa et indubitate credit et fudit Deo, tota a Deo pendet, nimirum soli eius bonitati et misericordiae: sicut Abraham, qui pronunciatur iustus ex fide, ante legem, ante circuncisionem. et omnes credentes in Christum promissum semen, sunt ueri filii Abraham, et sic uerè iusti, qui Christum agnoscunt: etiam propter Christum per fidem consequuntur remissionem peccatorum, et uitam aeternam. Sunt iusti propter iusticiam Christi, sicut sunt peccatores propter transgressionem Adae, et sola fide in Christum iustificantur.

Est ergo iusticia diuina, Christus, aut fides in Christum. Sine enim Christo, aut fide in Christo, nemo iustificatur in conspectu Dei. Qui autem credit in Christum, is accipit Christum fide sua, et in Christo

Hominis.

35

Christo accipit etiam remissionem peccatorum, ius
friciam & uitam æternam. Est enim sola fide o-
pus, ut accipiamus Christum: ex hæc sola fides
est organon, quo Christus accipitur. Ergo opor-
tet nos credere in Iesum Christum, ut beneficio e-
ius fruamur.

Credere autem in Iesum Christum, est crede-
re, & omnem fiduciam suam in Iesu Christo po-
nere, quod is sit uerus Messias, uerus Deus &
homo: sit solus expiatio & redemptio & salus no-
stra, exaltatus in cruce, ut nostra peccata expia-
ret, & nos secum per mortem ad æternam uitam
perduceret.

Qui ita per fidem Christum recipit, is ac-
ceptus est Deo, & adoptatur in filium Dei, ac
sit heres quidem Dei, cohæres autem Christi.
Siquidem solus Christus in sua manu & potesta-
te habet uitam æternam, quæ nō datur nobis pro-
pter nostram fidem, sed datur per nostram fidem
propter Christum.

Ideo etiam catenarū dicimur per fidem iustifi-
cari, non quod fides in Christum per se sit o-
pus tantæ dignitatis, ut merito suo iustificet nos
coram Deo: sed quod accipiat Christum, pro-
pter quem solum reputamur coram Deo iusti, &
adoptamur in filios & hæredes Dei.

c 2

Et ideo

De iustificatione

Et ideo fides in Christum Iesum, est maximum opus, et præstantissimus Dei cultus: quia est organum, quo apprehenditur Christus: et quo iste qui credit, inseritur Christo, habet remissionem peccatorum, adoptatur in filium Dei, reputatur iustus cum ram Deo, donatur Spiritu sancto, qui dicit cum in omnia genera uirtutum et actionum, imò hanc fidem dat Spiritus sanctus per Euangelion è celo.

Solus ergo Christus, benedictum semen, fide per Euangelion acceptus, is est, propter quem ueram et perpetuam benedictionem et salutem consequimur.

Quare cum Christus accipiatur et inseratur nobis per fidem, manifestum est, quod non possumus præstantius et melius sacrum facere, quam credere in Christum Iesum, nempe credere, quod is Iesus Christus, Dei filius unigenitus, et Marie filius sit uerus Messias, qui factus sit pro peccatis nostris uictima et expiatio, quiq; factus sit nobis sapientia à Deo, iusticiaq; et sanctificatio et redemptio, quod sit mortuus propter peccata nostra, et surrexit propter iustificationem nostri: hoc est, credere peccata nobis esse remissa à Deo propter mortem Christi, et nos corā Deo iustos reputari propter resurrectionem Christi, ac in filios et heredes Dei adoptatos propter Christum: et cum credimus, haec fide recipimus Christum, et perficiamur.

ficimur membrum Christi.

Membrum autem participat naturam eius, cuius est membrum: & qui recipit Christum, recipit iustitiam & sanctitatem, reputatur iustus, etiam si in se fuerit iniustus: nouit et possidet Christum: & quia nouit & possidet Christum, ideo nouit & possidet omnia.

De iusticia Christiana, seu Euangelica.

Confitemur & nos etiam, iustitiam Dei seu Christi, esse nostram iustitiam, qua sola omnis iustificatio nobis contingit & perficitur. haec una legi Dei satisfacit, et initium suum habet ab aeternae Dei erga nos charitate, & a charitate Christi, cum erga patrem, cui uoluit in mortem usque obedire: tum erga nos, pro quib. mori sustinuit, ut per eum uiueremus.

Et haec iusticia Christiana uocatur iusticia Christi, gratiae et fidei, tum etiam uocatur iusticia Dei. & quidem nostra, quod nobis impetrata sit Christi Iesu seruatoris nostri beneficio, & illius gratia nobis fit donata.

Et huius iusticie causa est, gratia Dei, & fides que apprehendit gratiam ad iustitiam, & Christus propter quem iusticia contingit, redemptio & meritum Christi. meruit enim nobis Christus ueram iustitiam, quae uocatur iusticia Dei gratuita, & qua sequitur remissio peccatorum, reconciliatio

De iustificatione

cum Deo, imputatio diuina, seu acceptatio, quia
Deus confidentes sue misericordiae propter Chri-
stum iustos pronunciat.

Hæc iusticia iustificans & saluans, non est ius-
ticia legis, operum externorum, hypocritarum,
aut hominum ciuiliter iustorum: sed est iusticia
Dei uel Christi, fidei, Euangelij, gratie & mi-
sericordiae, quæ est in Christo, quam fide in Chri-
stum accipimus, & nobis fide propriam faci-
mus, quæ nititur sola misericordia Dei, & qua-
ualet coram Deo, & quæ sola nos seruat.

Et hæc uera iusticia non contingit nostro me-
rito, sed est cœleste & diuinum beneficium, quam
nobis donat Christus, & quam ex Euangeliō e-
ius per fidem accipimus: & qui accipit Christum
(accipit autem cum, qui credit Euangeliō eius)
is accipit Deum, antea peccato amissum, & re-
putatur coram Deo spiritualis, propter Chri-
stum, qui totus est spiritualis, & donat in i-
psum credentibus se unâ cum omnibus suis domi-

Sicut enim pater habet in semetipso ius-
ciam, quia est ipsa iusticia, ita dedit & filio ha-
bere in semetipso iusticiam. Nam quod ad natu-
ram diuinam filij Dei attinet, ita habet iusticiam
in semetipso, ut sit etiam ipsa iusticia. Quod
autem attinet ad humanam eius naturam, pec-
catum

catum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius.

Quare etsi homo natura sua iniustus est, tamen si audit uocem filij Dei, quæ est uox Evangelij, & accipit eam fide: is fit & per fidens membrum eius, & reputabitur coram Deo iustus propter filium, quia filius est uera & perfecta iusticia. Nisi enim filius Dei haberet iusticiam, credens in ipsum non iustificaretur.

Nunc autem habet in seipso iusticiam, a deo que est ipsa iusticia, quia uerus est Deus: & impleuit homine assumpto, omnes partes perfectæ iusticiæ. Somet ipsum enim dedit precium pro nobis, mortem subiens pro nobis, eripuit nos à peccato & condemnatione æternæ mortis: & per fidem huius beneficij imputatur nobis eius iusticia, qua sola grati & accepti sumus Deo, tanquam filij & heredes effecti æternæ uitæ.

Iustificamur ergo coram Deo non propria iustitia, sed aliena, quæ est Christi iusticia, quæ sola iudicium Dei sustinere potest: & hanc Christi iusticiam ex misericordia nobis Deus donat: quam si fide receperimus, reputamur coram Deo iusti, non tamen quia nos iusti ex nobis sumus, sed quod alienam iusticiam fide posseideamus: pro-

De iustificatione

pria iusticia sumus peccatores, aliena iusticia iustificat
qua sola iustificamur in Deo, per fidem propter
Christum.

Vnde sequitur, iusticiam Christianorum esse ius-
ticiam alienam, & ab extra infusam: hoc est, qua
Christus iustus est. Item esse gratiam, qua per ip-
dem in Deum iustificamur. Nam Dominus repu-
tat iustum, & saluat, quia promisit remissionem
peccatorum per Christum: quisquis eam promis-
sionem accipit, & credit Christum satisfecisse pro
peccatis, & propter Christum dari spiritum sal-
utis, illum Deus reputat iustum, & seruat.

Hæc autem iusticia datur hominibus in baptis-
mo, & omni tempore ueræ pœnitentiæ, ita ut ho-
mo cum fiducia possit gloriari in Christo, & dice-
re: Meum est, quod Christus uixit, egit, dixit, pas-
sus est, mortuus est, non secus quam si ego illa uixissem,
egisssem, dixissem, passus & mortuus essem:
sicut sponsa habet omnia, quæ sunt sponsi. omnia
enim sunt communia: utrisq; sunt enim una caro.

Ita Christus & Ecclesia sunt unus spiritus. Si-
cuit D. Petrus inquit: Maxima & preciosa dona-
uit nobis Deus & pater misericordiarum in Chri-
sto. Et D. Paulus: Qui benedixit nos omni bene-
dictione spirituali, in cœlestibus & Christo.

Hæc gratia & benedictio ineffabilis olim pro-
mittebatur Abraham, Gen. 12. In semine tuo, id est in
Christo,

Hominis.

41

Hominis. 41
Christo, benedicentur omnes tribus terre. Et Esaiæ
cap. 9. Parvulus natus est nobis, et filius datus est
nobis. Nobis, inquit. Sic Lucæ 2. Natus est uobis
hodie seruator, qui est Christus.

Omnibus enim Christus uenit, omnibus natus
est, omnibus hominibus apparuit salutifera gratia,
omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem
ueritatis uenire: nullius mortem cupid, sed uitam:
omnibus sua bona, merita, beneficia & opera of-
fert, pro omnibus facta. Verum oblate bona per
Christum fide percipiuntur, fide inserimur Chri-
sto, & efficiuntur membra corporis eiusdem.
Solum

Solus ergo Iesus Christus filius Dei, est uictima pro nobis, & mediator, propter hunc solum recipimus a patre fiducia ipsius, solus hic dat & donat omnia sua dona credentibus, Spiritum sanctum, liberationem a morte, defensionem, resuscitationem ex morte, & uitam eternam. Igitur soli salui fiunt, qui filium Dei Iesum Christum, utpote Messiam & salvatorem suum accipiunt, cæteri pereunt. Accipiunt autem hi, qui Euangelium audiunt, recipiunt, & huic credunt.

Est autem Euangelion, prædicatio de pœnitentiâ & remissione peccatorum, iubens omnes homines agnoscere se esse peccatores, reos, filios iræ, natura damnatos, deinde iubens certò credere & statuere, Deum uelle ipsos recipere in gratiam,

propter filium mediatorem gratis, hac fide accipiunt iusticiam Christi, remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, nouam lucem & uitam æternam, utpote dona Dei gratis data, eripiuntur à morte æterna, ira Dei & damnatione: peccata illis non imputantur, sed teguntur et condonantur, reputantur iusti, accepta & quasi induita ueritate nuptiali, iusticia Christi, quæ sola coram Deo ualeat, & sic fiunt filii Dei.

Deus enim Iesum Christum, qui non nouerat peccatum, immo qui iustitia ipsa erat, pro nobis fecit ipsum non peccatorem, sed peccatum, id est, estimā ex hostiam peccati nostri expiaticem: pro nobis fecit illum obire mortem, ac si peccator fuisset is, & maleficus: uoluit ipse Christus pati supplicium, ac si peccasset omnia, cum solus nihil peccasset, ut essemus iustificati à Deo per ipsum, qui est solus uera iusticia, quæ Deo accepta est, quam nobis fide induimus, ut nostra fiat.

Sicut & diuus Paulus ait 1. Corinth. 1. Christus nobis factus fuit sapientia à Deo, iusticiaq; & sanctificatio, & redemptio.

Et sic D. Paulus Christo quæ uor elogia adderit, quæ totam eius uirtutem, & quicquid ab ipso bonorum recipim us, complectuntur.

Factus est nobis à Deo ex gratia, non merito, Sapientia, ut per ipsum agnosceremus Deum, per quem

Hominis.

43

quem & nobis innotescit uoluntas Dei. Nemo enim nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reue lare. Est enim sapientia, cognitio Dei, quam in nos bis non inuenimus, sed in Christo, & per Christum habemus.

Deinde factus est iusticia, ut nos fieremus iusticia Dei in eo, id est, ut iusticia Dei nostra fieret per Christum, impetrata nobis eius sacrificio & morte. Et fit nostra per fidem in ipsum. factus ergo est nobis Christus iusticia à Deo, ut qui in nobis peccatores sumus, in ipso & per ipsum iusti simus, nō imputato nobis peccato propter ipsum.

Tertiò factus est nobis sanctificatio, quia iustificatis restant peccatorum reliquiae, & indigent ut semper eis augeatur fides, ut sanctificantur. Qui enim sanctus est, sanctificetur adhuc. Sanctificat autem eos, qui in ipsum credunt.

Quartò factus est redemptio. Sicut inquit Paul. Rom. 8. Expectantes adoptionem, redemptionem corporis nostri. Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?

Ecce primò illuminamur à Christo cognitione Dei. Deinde iustificamur. Tertiò sanctificamur. Postremò uero redimemur: quæ redemptio à peccato, Satana, & omni eius oppugnatione plenè quidem fiet per mortem, & futuram resurrectionem.

Summa:

Summa: Solus Christus iustus, est omnium seculorum & sanctorum ab exordio mundi ad finem usq; ipsa iusticia, quæ peruenit per fidem Iesu Christi in omnes credentes.

Fide enim Christus apprehensus, & in corde habitanus, est iustitia Christiana, propter quam Deus nos reputat iustos, & donat uitam æternam: & haec iustitia coram Deo est, qua à lege, peccato, morte & omnibus malis liberamur, & participes gratiae, iusticie, & uitæ efficimur, ac deniq; domini coeli, terre & omnium creaturarum constituimur; & sic nos gloriamur, nos fide accepisse pro nostra iniusticia, iustitiam Christi: & pro nostro delicto, Christi innocētiā, nosq; per uerbū mundatos ac sanctificatos aliena iusticia, nempe iusticia Christi.

Ideo asserimus uerissimam esse sententiam Ioan. 3. Credentes in Christum saluari, non credentes condemnari. Quare? Quia non credunt in nomen unigeniti filij Dei. Ecquod quo illud est nomen? Nempe nomen Christi, Deus, iustus, rex, bonus, filius, uita, lux, & redemptio. Qui igitur credit in nomine Christi, per fidem accipit Deum, iusticiam, regnum, bonitatem, salutem, lucem & redemtionem.

Loquimur autem hic de iusticia Dei, qua coram Deo iusti reddimur: nō de stricto Dei iudicio, quo de noxijs sumit supplicium: neq; etiam de eis perficione.

Hominis.

45

perfectione, qua Deus ipse natura iustus est.

Sed de ea iusticia, quā Euangeliū prædicat, quæ in Euangelio reuelatur, quæ corā Deo ualeat, nempe Iesum Christum, qui nostra est iusticia, si uerè in eum credimus, quæ per sanam fidem nobis communicatur.

Si ergo quærimus salutem, hoc est uitam apud Deum, quærenda primum est iusticia, per quam illi reconciliati, uitam in eius benevolentia obtineamus. Nam ut à Deo amemur, prius iustos esse necesse est, quum iniusticiam odio habeat.

Hæc autem iusticia non est alia, quam iusticia Dei, iusticia Christi, iusticia fidei, quæ à Deo nobis donatur, reuelatur & offertur per Euangeliū, & fide percipitur: quæ sola apud tribunal Dei approbat, & quæ sola nos ab interitu liberat, & cuius communicationem dominus in Euangeliō nobis confert.

Vnde & Euangeliū uocatur propriè salutis doctrina, quia illic offertur Christus Iesus, uerus Deus & homo, mortuus & resuscitatus, qui factus est nobis à Deo patre iusticia, ut nos fide efficemur iusticia Dei per illum: cuius etiam proprium munus est, seruare quod perierat: per hunc omnis qui credit, iustificatur. Acto. 13.

Nam extra Christum omnes homines sunt damnati: in ipso autem solo reperitur gratia Dei, remissio

mūsio peccatorum, iusticia & salus. Ut ergo iustificemur, causa efficiens est, misericordia Dei: Christus, materia: uerbum cum fide, instrumentum.

De iusticia ualente coram iudicio Dei.

Iusticia, qua coram Deo in iudicio eius constamus & absoluimur, est illa, quam accipimus per fidem propter Christum. Solo autem Christo per fidem accepto, qui solus est perfecta iusticia, possumus in iudicio Dei constare.

In iudicio enim Dei nihil prorsus ualeat, aut iustificat, praeterquam fides: hoc est, Christus Iesus, qui per fidem accipitur. Absque enim fide, & absque Christo, nihil ualeat in iudicio Dei.

Ergo uocatus ad iudicium Dei, constabit & intrahetur in cœlum, qui credit in Christum filium, & assert eum secum per fidem.

Et qui uenit ad iudicium Dei, & adfert secum Christum, cui in baptismo est incorporatus, & cuius corpus & sanguinem in coena Domini ad confirmandam fidem accepit, is pronuntiatur iustus, & fit saluus.

In summa, qui uocatur ad iudicium Dei, & accusatur peccatorum, is non potest constare, nisi adduxerit secum Christum, seu Christo, siue iusticia Christi fide induitus fuerit, ut pote ueste nuptialis

Hominis.

47

pitati, seu nouo homine, qui est Christus, qui solus
ualeat in iudicio Dei.

Deus enim misericors est solus ijs, qui habent
Christum sibi donatum. Habent autem Christum,
quotquot in ipsum credunt. Qui uero habent Chri-
stum, habent etiam in Christo benedictionem, sci-
licet fauorem & gratiam Dei: immo in Christo
Deum habent, & spiritum sanctum, renuissionem
peccatorum, iusticiam fidei, quae est iusticia Chri-
sti: habent liberationem ab omnibus afflictioni-
bus, conseruationem in morte, uictoriam super
mortem, resurrectionem a morte, & sempiternam
foelicitatem in coelis.

Contra, ubiunque abest Christus, ibi abest etiam
misericordia Dei. Ideo Deus non est misericors
Turcis, Iudeis, & impijs, quia non habent Chri-
stum. Qui autem Christum habent, ex quibus Chri-
stus fauet, his Deus pater fauet, adoptat eos in filios,
reputat eos iustos, seruat eos in morte, dat eis
vitam eternam.

Summa: iusticia uera, qua constamus in iudicio
Dei, ex quae apud Dei tribunal approbatur, ex
quae a Deo nobis donatur, quae in Euangeliu reue-
latur, ex per Euangeliu offertur, ex accipitur
fide, & operatur in credentibus efficaciter,

& quae sola nos ab interitu liberat:

Eft

Est solus Iesus Christus dominus noster, & remissio peccatorum propter ipsum.

In Christo enim Iesu promissa est iusticia, sanctificatio, redemptio, salus, & uita æterna: hec per fidem in Christum accipimus. Ergo nulla iustitia nos liberare potest, præterquam iusticia domini nostri Iesu Christi: si tamen ea per fidem nostra facta fuerit.

Est ergo definitio hæc uera:

Christus fide apprehensus, & in corde habens, est iusticia Christiana, propter quam Deum nos reputat iustos, & donat uitam æternam.

Est & hæc definitio Christianæ iustitiae uera:

Iusticia Christiana est ea, qua Christus in nobis uiuit: & quia uiuit in nobis Christus, necesse est cum eo adesse gratiam Dei, remissionem peccatorum, iusticiam, uitam & salutem æternam.

Est & hæc definitio uera, rectè intellecta:

Iusticia est remissio peccatorum, parta per suaguinem Christi: & illam iusticiam, sicut & salutem attulit Christus, eamq; fidelibus communicat. E communicatione enim iustitiae, salus & uita est.

Est & hoc uerum:

Iesus, qui est Christus, sine Messias ille in lego

Hominis.

49

Et prophetis promissus, non solum homo, sed etiam Deus, filius Dei uiri, est mediator Dei et hominum, iusticia nostra et uita eterna. qui hoc credunt, sunt iustificati, sunt iusti filii Dei, et habent uitam eternam.

Igitur Iesus Christus, uerus Deus et homo, passus, mortuus, et resuscitatus, fide a nobis apprehensus, est nobis iusticia et uita eterna.

Est & hoc uerum:

Solus Iesus Christus filius Dei pro nobis uictima factus, qui sola fide apprehenditur a nobis, est iusticia nostra, benedictio, salus et uita eterna, nobis a patre ad hoc datus.

Ergo solus Christus pro nobis crucifixus, est nostra iusticia coram Deo, et saluator noster.

Qui hoc negant, negant Christum.

Qui hoc damnant, damnant Christum.

Nempe: Solus Christus Iesus uerus Deus et homo, traditus in mortem propter peccata nostra, et excitatus propter iustificationem nostri, est iustitia nostra, si credimus in eum.

Et ratio est: Quia tota sacra scriptura Spiritus sancti, testificatur de Christo, quod solus Christus est iusticia et salus nostra.

Item: Vna est omniū Prophetarum et Apostolorum uox, non esse aliam iusticiam, quam in solo Christo crucifixo, et resuscitato.

d

Item:

De iustificatione

Item: Tota sacra scriptura prædicat hoc Euāge liū de Deo, quòd sola D̄i misericordia saluamur. Hæc autem misericordia Dei est Christus, qui nobis est prædicatus statim à lapsu hominis per hoc Dei Euangelium: Semen mulieris conteret caput serpentis.

Et hic Christus, qui est iusticia nostra, sola fide apprehenditur & fit noster, nobis natus, nobis datus. Esa. 9.

Item: Euangelium prædicat nobis solū Christū, filium Dei, pro nobis mortuum ad iusticiam & salutem: qui sola fide apprehenditur ad hoc, ut sumus filii Dei, liberi à peccatis & morte æterna.

Item: Euangelium est uerbum iusticie, quod affert iusticiam, & remissionem peccatorum, & salutem.

Item: Euangelium damnat omnia humana studia & opera, & prædicat unius Christi iusticiam.

Item: Non licet nobis aliter prædicare Euāge liū, quām Apostoli prædicauerūt, de Christo Dominō: quòd solus Christus est iusticia nostra corā Deo, nec est in alio quoquā salus. Nec enim aliud est nomen sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Actor. 4.

Item: Per Spiritū sanctum prædicauerunt Apostoli, & adhuc ueri et pīj prædicatores nihil aliud prædicant quām Euangelium Christi, de iusticia,

qua

Hominis.

51

Quæ est per fidem Iesu Christi, qua fide apprehendimus Christum, iusticiam nostram.

Item: Euangeliū prædicat iusticiam Dei in solo Christo pro nobis crucifixo, quam iusticiā nemo potest intelligere, nisi ex Euangelio per Spiritum Christi.

Item: Fides Euangeliij est, quæ credit, solū Christū filium Dei, factū pro peccatis nostris uictimā, esse iusticiam nostram coram Deo.

Item: Per solum Christū, & propter solum Christū, qui est iusticia nostra, quē sola fide suscipimus siue apprehendimus, nos dānati peccatores accipi mus remissionem peccatorum, & uitam æternam.

Item: Fides in Christū, quæ solū Christū credit & confidit esse iusticiam suam, est Dei uirtus uia & efficax, quæ per charitatē operatur bona opera, ut Paulus ait Gala. 5. Sicut artifex operatur per instrumentum, quod sine artifice mortua res est, & inefficax.

Item: Tota sacra scriptura prædicat nobis, solum Christū esse iusticiam nostrā, si credimus in eum.

Item: Habes quid doceamus, cùm dicimus, sola in Christum fide nos iustificari coram Deo: uidelicet nihil aliud quād quod docet tota sacra scriptura Spiritus sancti, quod solus Christus filius Dei, pro nobis patri uictima factus, est iustitia nostra coram Deo, & nobis uita æterna,

d 2 si

52 De iustificatione

Si modo credimus in ipsum.

Item: Christus est sol iustitiae, sapientia, iustitia, resurrectio, & uita nostra, quae uera fiducia apprehendimus in Christo.

Item: Christus non aliam Ecclesiæ iusticiam ostendit, quam semetipsum, ipsum in qua Dei & Maria filium, & quidem solum. Cæterum iusticia & uita manens in Christo, & idcirco extra nos constituta, nos nec iustificat nec uiuiscitat, nisi nobiscum communicetur, aut nostra fiat.

Communicatur autem nobis Christus, & Christi iusticia atq; uita nostra fit, per nullum aliud me diu, quam per solam fidem, sicut ipse met Christus docet Ioan. 3. Sicut Moses exaltauit serpente, & ita credendo noster fit Christus, id est, fide percipi mus Christum. Ergo per fidem fit, ut iusticia Christi nobis imputetur pro nostra iusticia.

Dum autem per fidem admittitur aut recipi tur Christus, non est in animis fidelium ociosus.

Principio enim communicat suam nobis iusticiam, nostrâ iniusticiam diluendo, ne ea imputetur nobis, & pro ipsa suam nobis iusticiam donando, quo ipsa nobis pro nostra imputetur.

Deinde efficit, ut uarios iustitiae fructus, uerè inquam bona opera proferamus. Sunt autem uerè bona opera, quæ secundum uoluntatem Dei, ex fructu Christi proferimus, ad gloriam Dei. Nam Christus

Hominis.

53

flus uitis est, fideles palmites sunt: si hæ in uite māserint, multum boni fructus proferunt.

Conclusio: Manet ergo fundamentum firmum & solidum, etiam contra inferorum portas, Christum solum esse iusticiam nostram: & Deum propter illum mediatorem, placatorem & pontificem nostrum, nostri misereri, et nos diligere, exaudire, recipere & saluare.

Summa summarum: Euāgelium est doctrina de iusticia Dei, quæ est Christus per fidem in nobis.

Anathema sit, Si quis negauerit nos iustos esse iusticia Christi.

Et ratio est: Quia omnes Prophetæ & Apostoli nihil aliud docent & testimoniantur, quam quod Christus sit iusticia nostra.

Ieremias uaticinatur de Christo cap. 23 & 33.
Quod uocabitur Deus iusticia nostra.

Diuus Paulus scribit, iusticiam fidei testificatam esse in lege & Prophetis. Roma. 3.

1. Cor. 1. affirmat Christum nobis à Deo factum esse iusticiam.

Alia forma iustificationis.

1 Homo est sub lege damnatus propter peccatum, nihil boni est in eo, tantum peccatum terrens, & desperare faciens per iram Dei.

2 Et ne homo desperet & pereat, ut Cain, Saul, Iudas, audit Euāgelium, ex cuius auditu uenit fit.

d 3 des

54

De iustificatione

des in hominem, per spiritum sanctum.

5 Et sic homo fide apprehendit Christum filium Dei, pro peccatis nostris mortuum.

4 Christus sola fide apprehensus, id est, fides in Christum, est illi homini resurrectio, sapientia, reconciliatio, iusticia, remissio peccatorum, sanctificatio, consolatio, salus, redemptio, et uita eterna.

5 Quia Christus filius Dei ad hoc nobis perditus, non certe bene meritis, à patre datus est, ut sit nostra iustitia, et mediator inter Deum et nos.

6 Omnes ergo homines sunt propter peccatum damnati ad mortem, non possunt redire ad patrem, nisi tantum per solum Christum.

7 Per hunc solum liberamur ab ira Dei, id est, iusta sententia irati iudicis: quem nemo, nullaq; creatura placare potest, nisi solus Christus.

8 Nec potest à nobis Christus iustitia nostra suscipi ullam re, ullis operibus, nisi fide, ut sit iustitia nostra.

9 At hoc est, quod dicimus, Nos coram Deo iustificari sola in Christum fide: id est, per Christum et propter Christum solum, quem non alia re, aut operere, sed sola fide suscipimus, nos accipere remissio nem peccatorum, et uitam eternam.

Alia forma iustificationis.

1. Initio Deus omnia per filium suum creavit, ual de bona. Inter quæ creavit et hominem ad suam imaginem

Maginem & similitudinem, ac ornauit eū pulcher
rimis, adeoq; diuinis donis: fecit eum iustum, sapiē
tem, immortalem, & perpetuō fœlicem.

2 Sed ecce, quem Deus tanta maiestate excoluit,
eum paulo post Satan ita seduxit, ut primum qui-
dē abiecto Spiritu sancto Dei, plus fidei adhiberet
mēdacijs Sathanæ, quām ueritati Dei: deinde uio-
laret mādatū Dei: ac cōjceretur per inobedientiā
in conditionē mortis, & perpetuae damnationis.

3 Nec id uni Adamo tantū accidit, sed omnibus e-
tiā posteris eius: qui ablato per peccatū Spiritu sā-
cto, facti sunt mancipia Sathanæ, & filij gehennæ.

4 Quanquā autē Deus potuisset optimo iure ho-
minem in sua internecione relinquere, miseratus ta-
mētantū casum, tantāq; calamitatē eius, cūm ante
creasset omnia per filium suū bona, uoluit etiā ho-
minem iā à bonitate Dei & salute sua lapsum, per
eundem filium suum recreare, atq; à peccato &
morte redimere, & iusticiæ ac uitæ restituere.

5 Postquā enim homo factus est Deo inobediens,
& defecit per peccatū à bono suo creatore, non est
in homine aliud quām mors et internecio. Quacun-
que die, inquit, comederis ex eo, morte morieris.

6 Homo destitutus Spiritu sancto, obnoxius
est spiritu Sathanæ: qui cum totum hominem
occupet, & in seruitutem suam abducat, ex-
citat in ipso ignorationem Dei, contemptum Dei,
incredulitatem, & omnia genera uitiorum. unde se

De iustificatione

quitur mors corporalis, quæ tenet omnes homines
captiuos: deinde mors spiritualis, postremo mors
æterna et internecio.

7 Itaq; homo factus Deo inobediens, nihil aliud
ab ineunte ætate secum circunfert præter peccati;
mortem et interitū: obrutus est triplici morte, spi-
rituali uidelicet, corporali ac perpetua. Etiam in-
fans iam recens natus, natura sua peccati originis
lis macula sordidus, non est innocens coram Deo,
egens est ueræ salutis, et etiam obrutus, sicut ad-
dultus, triplici morte, spirituali, corporali et
perpetua.

8 Quæ cogitationes idcirco suscipiendæ sunt, par-
tim ut agnoscamus naturalem nostrā impietatem,
et compescamus carnalem nostrā arrogantiā, qua
homo nunquam non affectat Deus ipse esse, et ex-
se habere salutem: partim ut impellamur ad inqui-
rendam ueram uitam, qua ex omni genere moris
seruemur.

9 Vbi autē inueniemus uerā uitam? In ipso Chri-
sto Iesu. Nam in homine non est nisi mors. In uer-
bo, in filio Dei, in Iesu Christo Domino nostro, est
uita, iusticia, lux, quæ uita et iusticia etiam in legi
est: sed nullus unquam hominum potuit hanc uer-
tam, quam nunc iusticiam uocamus, ex lege conser-
qui. Omnes enim peccauerunt, et non potuerunt
præ peccato legi Dei perfectè satisfacere.

Hominis.

57

10 In Christo autē Iesu sic est iustitia, ut non ipse tantum sit uerē & perfectē iustus; sed etiam is qui in ipsum credit, consequatur in eo ueram & perfectam iusticiam, ac participet eam.

11 Filius enim Dei, ut natura iustus est, quia uerus Deus: ita postquam hominem induit, fecit omnem iusticiam diuinę legis, cui sic satisfecit, ut ne apicē quidem aut iota violauerit. qui iusticia & obedientia tantum beneficium hominibus à Deo patre suo impetravit, ut quotquot in ipsum credunt, reputentur propter ipsum coram Deo tam iusti et sancti, quam si suis ipsorum operibus diuinę legi satisfecissent.

12 Etsi autem nondum sentimus re ipsa hanc iusticiā, quam habemus in Christo per fidem (Spiritu enim ex fide spem iusticię expectamus: itē nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid futuri simus) tamen ea sic nostra propria est, ut & ipsa in iudicio Dei constare queamus.

13 Ac non solum in futuro seculo in nobis reipsa reuelanda sit, sed etiam in hoc seculo excitet in nobis autore Spiritu sancto, obedientiam, qua bonos fructus iusticię, quātum in hac carne possibile est, proferamus: & mortificato affectu carnis, in nouitate uitę ambulemus.

Alia forma iustificationis.

1 Sunus omnes ob peccatum natura filij irae, hoc d. 5 est,

est, filij Sathanæ: omnes sumus peccatores coram
Deo, & damnati, obnoxii perpetuae damnationis:
nec Deus in quoquam hominum quicquam meriti in-
uenit, quod favore suo dignum sit.

2 Filii autem Dei fiunt, quos Deus ex mera mis-
ericordia seligit, quos adoptat in filios suos, et quos
facit heredes omnium coelestium honorum. Sic Paulus:

Cuius uult miseretur Ioā. 1. Nō ex sanguinibus.

3 Cū Deus statuissest ex misericordia suscipere homi-
nes in filios suos adoptiuos, promisit initio, ac post
suo tempore misit quoq; filium suum unigenitum in ha-
terrā, ut omnis qui crederet in ipso, nō maneret filius
Sathanæ, sed fieret propter Christum filius Dei.

4 Itaq; unigenitus filius Dei factus est filius homi-
nis, ut homo propter ipsum fieret filius Dei. Deus
enim nō adoptat homines in filios suos, nulla prot-
sus re intercedēte: sed tradidit omnem potestatem
unigenito filio suo, ac proposuit eum intercessio-
rem. ut ex Euāngelio eius cognoscatur, & perfic-
dem concipiatur.

5 Quare Deus adoptatus ex hominibus filios
suos, respicit in uniuersam hominum turbam: &
in quocunq; homine inuenit Christum filium suum
per fidem ex Euāngelio acceptū, eū suscipit in filio
suum adoptatum, & agnoscit ipsum fratrem Chri-
sti, atq; cohæredem eius. 1. Pet. 1. Renati non ex se-
mene. Ioan. 1. Non ex uoluntate uiri.

6 In quocunq; autem homine non inuenit Chri-

Hominis.

59

Num per fidem acceptū, eum ita prorsus negligit,
ut necesse habeat, nisi Christū uel denuō agnoscat,
perpetuō interire.

7 Itaq; filij Dei nascuntur è sola Dei misericor-
dia, qua Christus filius Dei nobis donatur, & per
Euangelium reuelatur, ut in ipsum credamus, &
in filios Dei propter ipsum adoptemur.

8 Nulla igitur ratione permititur nobis ut ocie-
mur, & ignauā uitam secessemur: sed omni quo pos-
sumus (possimus autem per Spiritū sanctum) stu-
dio contendendum est, ut Euangelium Christi di-
scamus, & ex Euangeliō Christum per fidem con-
cipiamus, quo & ius filiorum Dei consequamur.
& consecutum honestate uitæ ornemus, atq; reti-
neamus per Christum Iesum, Amen.

Alia forma.

1 Predicatio Euangeliū est clavis, qua coelū aperi-
tur & clauditur: est dispensatio Christi, & benefi-
ciorum Christi.

2 Acceptio est, Qui crediderit et baptizatus fuc-
rit, saluus erit. In Euangeliō enim Christi et Sacra-
mentis eius offertur et proponitur nobis thesaurus
Christi accipiens.

3 Fide autē accipitur, quod per Euāgeliū & Sa-
cramēta oblatum atq; propositum est. Act. Paulus
ad custodē carceris: Crede in Dominum Iesum, &
saluus eris tu et domus tua.

4 Quare ubi cunq; Euangelium Christi sincere
prædicatur,

prædicatur, & sacramenta distribuuntur iuxta ordinem nationem & institutionem Christi, ibi thesaurus Christi dispensatur. Et quicunq; adhibet fidem Euangeli, et accipit sacramenta eius per fidem, is reputatur iustus coram Deo, et fit heres omnium cœlestium bonorum propter Christum.

5. Credens facit bona opera, quæ Deus præcepit: non ut mereatur beneficia Christi, sed ut fide accepta ne abiçiat. Qui enim peccatis seruit, Christum abiçit, quem fide accepit.

Alia forma iustificationis.

1. De iustificatione nemo melius, breuius, significantius & certius docuit nos, Christo & Apostoli eius. Ille nō aliâ Ecclesiæ iusticiam & absolutum reconciliationemq; ostendit, quam semetipsum ipsum inquit Dei & Mariæ filium, et quidem solum.

2. Id quod in Euangelio Ioannis clarissime significatur. Cæterum iustitia & uita manens in Christo, et idcirco extra nos constituta, nos nec iustificat, nec uiuifitat, nisi nobiscum communicetur, nostra fiat.

3. Quomodo autem cōmunicetur nobis Christus & per quod mediū nostra fiat Christi iusticia, & uita, docet Christus Ioan. 3. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.

Hominis.

61

4 Ergo sicut extra serpentem non erat uita (nō quod uita esset in ære, sed quia serpens esset typus Christi) ita nulla uita uel iusticia est extra Christum.

5 Et sicut uite nemo participabat per preces, aut sacrificia, aut per ulla alia opera, sed per solum cōtūtum uel aspectum serpentis: sic communicatur nobis uita & iusticia per Christi solam fidem. Nā Dominus, pro aspicere serpentem, reposuit nobis, credere in Christum.

6 Ergo per fidem fit, ut iusticia Christi nobis imputetur pro iusticia nostra. Hanc doctrinam habemus à Christo, à quo omnem habemus plenitudinem: qui etiā dicit Ioan. 6. Ego sum panis uite: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam.

7 Rursus in semetipso Dominus uitam plenā ostēdit, dum se panem uiuificum facit. quemadmodum autem panis corpus sustentat, ita animam Christus. Porrò quemadmodum cibus edendo duntaxat, non cōtemplando, aut contrectādo, aut operā do in corpus traiicitur: ita credēdo noster fit Christus, id est, fide percipimus Christum.

8 Nam & Paulo loquēs Dominus Actor. 26. Mitto te ad gentes, ut aperias oculos eorū, accipiātq; remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est in me.

9 Idem

De iustificatione

9 Idem ergo inculcat in omnibus propè epistolis suis, gratia, nō lege, imputatione, nō meritis, fide, non operibus, iustificari credentes. Nam & Petrus: Christo. omnes Prophetæ testimonium ferunt, inquit Actör. 10. quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis credit in eum.

10 Dum autem per fidem admittitur aut recipitur Christus, non est in animis fidelium ociosus. Principiò enim cōmunicat nobis suam iusticiam, nostram iniusticiam diluendo, ne ea imputetur nobis, & pro ipsa suam nobis iusticiam donando, quo ipsa nobis pro nostra imputetur.

11 Deinde efficit, ut uarios iusticie fructus, uerè inquam bona opera proferamus. Sunt enim uerè bona opera, quæ secundum uoluntatem Dei ex fide Christi proferimus, ad gloriam Dei. Nā Christus uitis est, fideles palmites sunt: si hæ in uite manferint, multum boni fructus proferent.

Alia forma iustificationis.

1 Principium iustificationis nostri est missio Domini, qui misit filium Christum Iesum, & Apostolos testificantes de Christo.

2 Missionem sequitur prædicatio uerbi Dei, Euangelijs Iesu Christi.

3 Prædicationem sequitur fides, quæ est fiducia

Hominis.

63

via certa, qua statuis, te propter Christū, agnū Dei
portantē peccata tua, te iustificari: hoc est, à pcc-
catis absolui, te filium & hæredem Dei esse.

4 Fide capitur Christus: & bona Christi, eius
merita, opera, & beneficia: & quæ in Christo
sunt, sola fide gratis accipiuntur: gratia Dei, dona
tio Spiritus sancti, remissio peccatorum, iustitia,
hereditas uitæ æternæ.

5 Qui habet & possidet Christum per fidem,
habet patrem & spiritum sanctum.

6 Vnde sequitur pax & charitas. Iustificati
enim à Deo per fidem in Christum, pacem habent,
& diligunt proximum.

Euangelium ergo Christum fidei nostræ donat.
Christus fide acceptus, facit ex nobis filios Dei, cō
donat delicta, expurgat carnis reliquias, & dile-
ctionem erga fratres in nobis profert.

Exemplum iustificationis nostri, ab eo ho-
mine qui incidit in latrones, dictum
à Christo, & scriptum à Lu-
ca Cap. x.

1 Homo incidens in latrones, à quibus & spolia-
tus & vulneratus, typus seu imago est humani ge-
neris lapsi per Adam, & restaurati per Christum.

2 Tota posteritas Adæ, hoc est omnes homines ab
Adamo primo parète cōcepti et progeniti, per in-
obedientiam, à cœlesti gratia seu Paradiſo prolapsi
sunt

sunt in peccatum, mortem & tyrannidem Sathanæ, à quo ex vulnerati, spoliati et priuati sunt omnibus donis spiritualibus & corporalibus, sauciati multipliciter & corpore & anima.

3 Priuati scilicet imagine Dei, quæ est gratia Dei originalis iusticia, innocentia, sanctitas, & uitæ terrena: hoc est, uera noticia Dei timor, fiducia, & dilectio Dei, & alia dona Dei, quibus homo a lapsu ornatus fuit, & in eo omnes eius posteri, si permanisset talis, & retinuisse hæc Dei dona.

4 Sed hæc omnia primus homo, suo lapsu peccato amisit, & in eo tota eius posteritas, ijs omnem̄tis spoliatus & sauciatus, & è cœlesti gratia electus, oppressus iam omnibus calamitatibus & ærumnis corporalibus et spiritualibus: accessit ut super infirmitas & corruptio totius humanae naturæ, seu omnium virium humanarum, animæ & corporis. Item mors corporalis & æterna, adeo omnes morbi & calamitates huius uitæ.

5 Et quod præcipuum est, homo saucus, reclus & contemptus ab omnibus, neminem habet qui sanet & iuuet, qui eius misereatur, eiq; seruauantē se, non est hic medicus, neq; ulla medicina. I super lex ipsa, eiusq; sacrificia, opera & cultus, non possunt hunc hominem vulneratum sanare. L. quidem ostendit peccata, naturæ corruptionem magnitudinem

magnitudinem peccati, hærentis in carne, & grauitatem iræ Dei, sed non medetur, non iuuat, non uiuiscat, non saluat, sed pronunciat hominem propter peccatum reum esse æternæ damnationis.

6 Ecquid quæso tali homine miserius et calamitosus qui sentit in se Sathanæ ius, legis uim, & iudicium Dei, à quibus eius conscientia uulneratur, spoliatur integritate naturæ, & cæteris ornamentiis. Insuper Sathan sœuit in natura hominis, & potenter regnat: semimortuus relinquitur, priuatus cognitione Dei, fiducia, timore, &c: coniectus in uitia, uexatus mala conscientia, lapsus in æternū exilium, actus ad desperationem.

7 Nihil 'ne prorsus spei relictum est homini illi saucio: siquidem ex hac perditione, neq; lex ipsa, opera, aut iusticia humana, neq; homines utcunq; sancti, hominem hunc miserum & calamitosum liberare possunt. Nullus enim hominū potest legem implere, neq; pro se, neq; pro alijs, nec etiam iusticie diuinæ satisfacere, uincere & expellere Sathanam, iram Dei sedare, peccatum delere, aut auferre.

8 Solus ille Samaritanus, reieclus & contemptus a Iudeis Iesus Christus, misericordia motus, declarat suum affectum erga hunc hominem miserum & uulneratum à latronibus: huius miseretur, in hunc omnia humanitatis & charitatis officia confert,

e accedit

accedit, hunc curat & sanat, eius uulnera lenit & mitigat, constringit & purgat, hoc est, remittit ei peccata, & confert ei Spiritum sanctum, ut regeneretur, renouetur, illuminetur, & sic conservetur, accendatur in eo charitas erga Deum, obedientia erga legem eius, dilectio proximi, noua & Christiana uita, quae est sobria, pia, iusta, casta & modesta uita, misericordia, ieiunium, oratio, elemosyna, & aliæ uirtutes & operationes Spiritus Christi fide accepti.

9 Ad hoc etiam Christus instituit atq; ordinavit in Ecclesia, quæ est Sanctorum congregatio communio, ministerium uerbi, scilicet, legis, Euangelij, atq; Sacramentorum, quibus seruit homini perditio, ut restauretur, ut amissa dona spirituallia, iusticiam originalem & uitam æternam fide accipiat.

10 Et sic homo, qui ex origine defecit ad peccatum, per Sathanam & peccatum uulneratus & perditus corpore & anima, per solum Samaritum, hoc est, Christum Iesum, filium Dei, uerum promissum Messiam, restauratur, liberatur, renatur, iustificatur, & sanctificatur gratia Dei, & Spiritu sancto: recipit rursum amissa bona, fide scilicet, iusticiam & uitam æternam.

11 Verum gratia seu spiritus non sic sanat, ut semel totum purificet, quia talis purificatio non

fit nisi per mortem : sed sicut hic semiuius traditius est cauponi, obligatis uulneribus, & infuso olio ac uino subinde curandus, dum prorsus reualluisset:

12 Ita qui cœpit iustificari, traditur Ecclesiæ seu docentibus, qui infuso uino, id est, uerbo legis : & oleo, id est, uerbo Euangeli, uulnera obligat, id est absoluunt à peccatis, & subinde medentur, dum prorsus conualescat.

13 Et ne ministri seu docentes fierent in suo officio & ministerio pertensi aut molesti laboris, periculi & erumnae sustinendæ, promittit illis Christus secundum futurum, ut perferrri possint, & salutares sint Ecclesiæ, & promittit ministris præmia corporalia & spiritualia.

14 Deinde iustificati & sanati debent & proximum, hoc est, hominem miserum, indigentem auxilio, iuuare: in talem omnia humanitatis & charitatis officia conferre, exemplo Samaritani: diligere eum opere & ueritate, eiq; seruire & benefacere.

Alia forma iustificationis.

1 Fons & causa iustificationis nostri, est misericordia Dei, & ipsius charitas: qua ipse nos, à se ad imaginem suam conditos, & iam per peccatum & diabolum deformatos, dilexit propter filium, per quem & nos iustificat.

2 Ideo Deus iustificaturus nos, primò ducit nos

De iustificatione

ad poenitentiam, hoc est, ad agnitionem peccatorum nostrorum. id quod fit explicacione legis, increpatiōnibus & minis suppliciorum, quae nobis peccatoribus ex decreto diuini iudicij imminet. Deus tamen dedit legem, ut discamus ex ea peccatum agnoscere, & peccati poenitere.

3 Addit etiam Deus nobis uerbera, & immittit uarias afflictiones, maximè cum oscitanter à nobis excipiuntur uerba legis, & in peccatis securè ambulamus. Quid enim sunt aliud ipsa corporalis supplicia, quae uel diuinitus nobis contingunt, uel humano iudicio infliguntur, quam commoda instrumenta, quibus ad cognitionem peccatorum nostrorum perducimur, & excitamur ad querendā ueram peccatorum remissionem & salutem?

4 Agnito autem peccato, & territa conscientia, proponitur nobis lege humiliatis, & corde contritis, Euangelium de semine benedicto Abraham promisso: hoc est, de Domino nostro Iesu Christo, quod per illum peccata gratis remittantur, quippe quia sua passione nostra peccata expiauerit, & Deum nobis propitium patrem reddiderit.

5 Hoc cum uerè credimus, nempe quod per Iesum Christum passum, mortuum & resuscitatum, peccata nostra remissæ sint, & propitium patrem in coelis habeamus, tunc sumus pij, iusti, sancti & salui.

6 Quid

6 Quid enim aliud prædicat Euangelium, quam Christum Iesum filium Dei unigenitum ideo uenisse, ut hostia fieret pro peccatis totius mundi: quodq; remittantur nobis peccata, & donetur uita eterna propter ipsum, non propter opera legis, aut nostram iusticiam.

7 Huic Euangelio & diuinæ huic promissione de Christo cum firmiter credimus, credimus & Christo, & hac fide Christū, & sic in Christo omnia eius beneficia apprehendimus & possidemus, in illo sumus per fidem, & ipse in nobis.

8 Christus est nostra reconciliatio, iustitia, uita, salus, remissio peccatorum, gratia & misericordia Dei, filius Dei, uictor mortis, Sathanæ & inferni, impletio legis, liberatio à maledictione legis. Cum Christum fide habemus, haec omnia habemus quotquot in Christum credimus, & cohæredes eius sumus. Christus enim sua bona credentibus communicat.

9 Posteaquam sic per fidem in Christum gratis, & gratuita quidem misericordia Dei iustificati, hoc est iusti facti sumus, & donati spiritu sancto: necessariò sequitur in nobis obedientia erga precepta Dei, et si ea non usquequaq; perfecta & absoluta est: attamen talis, quam Deus propter fidem seu propter Christum fide apprehensum, non abominatur.

10 Cum enim per fidem in Christum iusti facti sumus, quomodo non præberemus mēbra nostra serua iusticæ: & cum per fidem in Christum sancti facti sumus, quomodo non faccremus opera sancta? Non enim potest arbor bona, fructus malos fructuere.

11 Et hi boni fructus nihil aliud sunt, quam bona opera à Christo, suo Spiritu sancto in nobis operata, quibus testamur gratitudinem nostram erga Christum pro acceptis beneficijs, & ut reineamus Christum benefactorem & saluatorem, qui alias obsequēdo cupiditatibus abijcitur. cum enim peccatis seruimus, abijcimus Christum, quem fide accepimus.

12 Ambulandum est igitur in bonis operibus, ne ingratis simus in benefactorem Christum, & ut benefactorem & eius beneficia conseruemus. Deinde danda opera, ut in nouitate uitæ ambulemus seruiamus proximo operibus charitatis & misericordiæ, iuxta præceptum Christi, Ioan. 14.

13 Quanquam autem bona opera ad comprehendendam iusticiam coram Deo, & ad impetrandam remissionem peccatorum nihil ualeant (sicut enim Iesus Christus est iustitia nostra, & satisfactione pro peccatis) tamen ubi est uera fides in Christum, ibi necessariò sequuntur opera bona, ad exhibendum diuinæ uocationi obsequium,

Hominis.

72

que opera bona si fiunt sine Christo, seu fide in Christum, Deo non sunt accepta. Accepta autem sunt Deo, si persona, que opera facit fide in Christum, Deo accepta est.

14 Proinde hoc primū omnium curemus, ut peccata nostra agnoscamus: deinde Euangelio de Iesu Christo credamus, ut per Christum iustificati et sanctificati, in bonis operibus, que Deus nobis praecepit, ambulemus, ac tandem perpetuam felicitatem adsequamur per Christum Iesum Dominum nostrum, qui fuit, est et erit, omnium credentium eterna iusticia. in quo et promissa est iustitia, sanctificatio, redemptio, salus et uita eterna, que et nostra sunt per fidem in ipsum.

Per hunc enim omnis quicunq; credit, iustificatur.

Etiā exemplum surdi & muti indicat,
ordinem iustificationis no-
stri.

1 Primo, sicut hic homo per peccatum ita surdus & mutus factus est: sic sumus omnes ex lapsu Adam, seu ex peccato originis per imposturam Sathanæ toti depravati, surdi et muti in negotio salutis nostræ, non audimus, non intelligimus, neq; contumemus Deum et eius uerbum, eiq; non fidimus, Deum non curamus, non inuocamus, neq; celebra-

De iustificatione

3. Deus quidem creauit nos rectos & integros, sed per lapsum Adæ: à quo omnes progeniti sumus in peccato, tota nostra natura adeò depravata, ut nihil prorsus possit de Deo audire, loqui, neq; agnoscere, neq; confiteri Deum.

3. Si igitur sanari & curari uolumus, opus est nobis Christo: nec possumus curari nisi per solum nostrum Christum. cuius officium est tollere non solum morbos corporis, sed etiam horum causam, scilicet peccatum, & tyrannidem diaboli.

4. Is sanè promptissimè et benignissimè nos ad se uenientes suscipit, & curiosissimè corruptos ad integratatem originis nostræ restituit. Est enim filius Dei potens, qui ideo apparuit, ut dissolueret opera seu uincula diaboli: qui & naturam corruptam sanat, & belligeratur cum serpente, id est, diabolo, seruat & defendit petentes ab ipso auxilium contra diabolum, eiusq; regnum, peccatum, mortem & tyrannidem ejus decuastat & abolet.

5. Sic Christus afficitur nostris ærumnis. Sed quomodo id fit? Primo per digitum legis ostendit nobis peccatum & desclum, seu per legem quasi digito monstrat nobis nostram fragilitatem, depravatam nostram naturam. Nam et lex dicit ex spiritu Dei scriptura est. Et tamen non habemus inde melius. Lex enim non est data, que posset iustificare: hoc est, sanare, iuuare & saluare,

6. Deinde

Hominis.

73

6 Deinde per omnipotentiam uerbi Euangelici aperit aures & linguam ad audiendum, amplectens dūm, intelligendum, credendum atq; confitendum uerbum Dei, Christum, & eius Euangelium. Est enim Euangelium, seu uerbum Christi, potentia Dei ad salutem omni credenti, per quod datur nobis diuinitus Spiritus sanctus, fides, & uera notitia Dei, ut saluemur.

7 Ita nos homines miseri & perditi, & omnibus modis sauciati & deformati à diabolo, & destituti cognitione & fiducia Dei, quæ per auditum cōtingunt, sanamur & restituimur: hoc est, iustificamur & saluamur per Christum, seu per potentiam uerbi Christi, quæ est potentia diuina.

8 Quid inde sequitur? Gratitudo pro acceptis beneficijs, confessio & celebratio beneficij, quòd per Christū sumus liberati & soluti à potentia & tyranide diaboli, à maledictione legis, à peccato, morte & inferno, facti filij Dei, & heredes Dei, & sic cohæredes Christi.

9 Idem & quotidie nobiscum agit Christus spiritus, taliter per suam diuinam gratiam & potentiam, quod egit cum surdo et muto corporaliter: aperit nobis aures, & linguam soluit, ut Euangelium libenter audiamus & discamus, Deumq; notitia & fiducia mediatoris inuocemus & celebremus. Sicut David ait, Psal. 51. Domine labia mea ape-

e s ries,

Paralyticus est typus iustifica-
tionis.

- 1 Omnes sumus natura paralytici, id est, incre-
duli, ingrati, sumusq; correpti maximis flagitiis,
sumus eneruati & incurabiles, homines resolutio-
ne neruorum stupidi, & sensu ac motu destituti.
- 2 Ut autem sanitatem & remissionem pecc-
torum consequamur, necesse est ut portemur, &
adducamur ad Christum.
- 3 Geruli autem nostri, sunt diuini uerbi prædi-
catores, qui uerbo Dei & doctrina Euangelij &
salutaribus monitis nos peccatores ducunt ad Chri-
stum. Nisi enim ad Christum adducti fuerimus, pe-
ribimus: qui iubet nos ad se uenire. Imò trahit pa-
ter nos ad Christum.
- 4 Christus imago Dei, uerus Messias, Deus &
homo, generis humani saluator, benignè recipit in-
firmos peccatores, iubet confidere, offert remissio-
nem, tollit causam morbi. Est enim Christi preci-
pium officium, propter quod in mundum misit
est, peccata remittere.
- 5 Verum Christus requirit & excitat fidem in
nobis propriam, ex uerbo Dei concéptam: si mo-
dò sanari in corpore & anima, hoc est saluari, &
eius uerbi atq; beneficiorū participes fieri uolu-
erimus. Vera autem & indubitata fides non ambi-
git,

Hominis.

75

git, sed certò credit & sperat, Christum Dei filium
sua ope diuina implorantibus auxilio futurum, à
Deo exaudiri per solum Christum.

6 Fides quidem aliena adducit nos ad Christum,
& impetrat alijs bona spiritualia & corporalia;
sed ad salutem æternā cōsequendam propria cuiq;
fide opus est. Sicut inquit Abacuc: Iustus ex fide
sua uicturus est.

7 Vnde certò sequitur, quod fides credit, & spes
sperat, scilicet sanitas uel curatio uel remissio pec-
catorum per ministerium uerbi & sacramentorum:
quæ cum fide suscipimus, restituimur, & noui ho-
mines sumus, accipimus remissionem peccatorum,
& sumus filij, quibus haec uox Euangeliū dulcis est,
Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

8 Hinc fructus sequuntur, noua uita, charitas er-
ga proximum, suscipere curā & necessitatē pro-
ximi, gratitudo, gratias Deo agere pro beneficiis
in nos collatis, glorificare Deum, opus Dei agno-
scere, mirari & prædicare.

9 Est ergo paralyticus uetus homo, peccato ener-
vatus, ad omne opus bonum reprobus, inutilis, &
ad corruptionem sui prolapsus & incurabilis: cu-
iusmodi est tota natura humana peccato corrupta.

10 Curatur autem per Christum, & fit nouus ho-
mo paralyticus, in suā originē restitutus per fidē
& remissionēm peccatorū, spiritu sancto illustra-
tus, renouatus & frugalis.

Ad

De iustificatione

Ad hanc renouatam uitā Christianismi
ad noui hominis integritatem hortantur, in
Christus, tum eius Apostoli, tum doctrina,
tum exemplis.

1 Si ergo beatitudinem seu uitam aeternā, quam
peccato amisimus, consequi uolumus, proponun-
tur nobis duæ uiae. Una est legis, altera Euangeli-
scu Christi.

2 Primò, ex lege cognoscimus peccata nostra,
peccatorum poenam, mortem scilicet, iram Dei,
maledictionem. Sicut Paulus inquit, Per legem eis
cognitio peccati.

3 Secundò, cognitis peccatis et maledictionibus
per legem, adigimur ad querendum Christum. Eg-
enim lex paedagogus ad Christum.

4 Tertiò, Euangeliū annunciat nobis Christum,
in quo solo, uera et uiua fide accepto, ex mera
gratia et clementia Dei, consequimur gratiam Dei,
remissionem peccatorum, iusticiam et uitam aeti-
nam. Ipse est uia ad patrem. Nemo uenit ad patrem,
nisi per Christum.

5 Quartò admonemur, ut ex fide bona opera
Deo in uerbo suo praecepta faciamus. Sunt enim bo-
na opera ueri fructus et testimonia fiduci in Chri-
stū, è quibus arbor bona seu fides in corde latens
cognoscitur. Testamur enim fidem bonis operibus,
et Deo sumus grati.

6 Summa

⁶ Summa, quia non possumus per viam legis ad eternam uitam peruenire propter naturæ nostræ corruptionem: ideo Christum Iesum tota fide secede mur, ut per hunc iustificati, ueram salutem conse quamur in Christo.

ALIA FORMA.

Deus perficit totum negotium iustifica^c
tionis per filium, in uirtute Spi
ritus sancti.

Ante omnia Deus considerandus est, qui sua gratia, favore, misericordia nos miseris & damna tos peccatoris iustificat & saluat: hoc est, ex nobis impijs pios facit, absolvit nos à peccatis, à iudicio & condemnatione legis, recipit in gratiam, adoptat nos in numerum filiorum eius, efficit nos iustos & heredes uitæ æternæ.

Deinde occurrit Christus, per quē nobis gratia Dei aperitur, uel qui nobis misericordiā Dei promeruit sua obedientia: hoc est, sua passione, morte & resurrectione: legem Dei pro nobis plenissimè impleuit, & iusticiæ diuinæ satisfecit, propter quē etiam iustificamur & saluamur: hoc est, habemus iam placatum patrem, qui nobis peccata nostra non imputat, sed iusticiam Christi nobis imputat, ut ea iam nostra sit, ipseq; Christus in nobis uiuat, et nos in ipso.

Tertio loco accedit fides uera & uiua, qua &
Deo

De iustificatione

Deo, eiusq; uerbo & promissione innitimus, & Christum complectimur, participesq; Dei et Christi reddimur, cum scilicet uerè & firmiter credimus, Christum Iesum uerum Deum & hominem unicum esse totius orbis iusticiam, illum esse thronum gratiæ, hostiam uel uictimam, propitiatiōne uel satisfactionem, aut redēptionem, sanctificationem, reconciliationem item, ac pacem nostram.

Qui uidelicet, quod lex præstare non poterat, ipsæ nobis præstitt, qui tradito corpore suo in mortem, nobis bona illa testamento Dei legata paruerit: qui item morte morte, & cum qui mortis habebat imperium, uicerit, aboleueritq;. sed & resurrectione sua uitam nobis reparauit: qui deniq;. fusio sanguine suo innoxio peccati expiauerit, remiseritq;, & iusticiam & uitam contulerit omnibus creditentibus.

Ideoq; unus sit unica & æterna totius Ecclesiæ iusticia, uita & salus: quæ salus et si in uniuersum gratuita est, attamen ordinata, ut per fidem recipiatur. de hac ergo fide, quæ est donum Dei, simus solliciti, ut in Christum credamus, & sic salvi fiamus.

Postremò exuberat Christiana illa fides uera & uiua, in omnis generis bona opera: imò bona opera sua sponte profluunt ex fide, nec ulla

finit

fuit à nobis fidelibus necessitate coacta. Sponsaneos enim, promptos, & hilares reddit fides nos ad bona opera, quibus se illa exerit atque declarat. Non enim est ociosa aut mortua, siue inefficax, sed uiua, operosa & frugifera: sicut palmes in uite, & arbor bona, quæ profert bonos fructus: nouam, iustum, piam & sobriam uitam, obedientiam uocationis, & charitatem erga proximum.

Et ita ex uerbo Dei certum est, atq; exemplis multorum approbatum, omnes sanctos patres, patriarchas & prophetas, ab initio mundi propter Christum esse à Deo iustificatos, adeoq; Christum uerum Deum & hominem, suisse & esse iusticiam, redēptionem, & sanctificationem omnium fidelium, qui per fidem apprehendunt Christū: atq; sic Christo fide appreheſo, mox uita Christi, salute, & omnibus beneficijs Christi, quæ in Christo sunt, participant fideles uiuitq; Christus in ipsis, sicut ipſi in Christo uiuunt.

Idem Euangelium Christi docet, idem & Prophetæ & Apostoli, idem & Christiani doctores semper docuerunt: nempe Deum nos iustificare ex mera gratia, bonitate, charitate, & misericordia, gratis per fidem propter Christum: & hunc esse iusticiam nostram, secundū Ieremiam & Paulum,

De iustificatione

Quippe qui & sit redemptio nostra, qui legi satisfecit, et in quem sunt imposita peccata nostra, quæ ipse sanguine suo abluit, morte expiauit, ac in uniuersum ne noceant sustulit: nosterq; factus, suā nobis iusticiam confert. ut in ipso iam sumus iustificati, iusticiam uitamq; eius in nobis habentes.

Ita nos credimus, subsistimus coram tribunali Dei, idq; per Iesum Christum, quem fide comprehendimus, & propter quem placatus nobis pater cœlestis est, peccata nostra nobis non imputat. Imputat autem Christi iusticiam pro nostra. Iusticia enim Christi nobis imputata, nostra est.

Iusticia quidem Christi naturaliter in nobis non est. nam natura sumus filij iræ: sed Christus donat nobis suā iusticiam, ut ea quæ reuera seu naturaliter Christi est, & ideo extra nos alibi querenda, propria tamen nobis ex gratia per fidem fiat, utpote quæ in nobis per fidem recipitur, sentitur & agit.

Credentes enim, Dominum nostrū Iesum Christum induimus, & illum in nobis habitantem habemus, adoptati filij Dei, fratresq; Christi sumus, omniaq; illius salutaria nobis bona ut fratres Christi & cohæredes Dei cui peculium possidemus.

Summa: Solus Deus ipse est iustus, & iustificat eum qui est ex fide Iesu: ac gratis quidem illud, pro immensa eius bonitate & misericordia. Hec do-

Arina certa est, omnibusq; Ecclesiarum pastori-
bus, doctoribus ac ministris suscipienda, & obuijs
ulnis amplectenda. Scilicet,

Gratia Dei nos iustificari, propter Christum,
per fidem solam, absq; operibus bonis, fide nihil o-
minus otiosa, sed exuberante in opera bona, quæ
Deus in uerbo suo præcepit: et quæ fiunt opera-
tione Spiritus sancti ad laudem & gloriam Dei,
& ad utilitatem proximi.

Exemplum totius negotij iustificatio-
nis & salutis nostræ.

Fingamus omnium iudicem Deum iustissimum
sedere pro tribunali. Ante iudicem astare omnes
homines, & hos grauiter accusari impietatis,
perfidie, & omnis conscelerationis: adde & con-
vinci, & ideo damnationis postulari sententiam.

Homines autem nihil habere quod pro se dicant,
nec aliud nunc restare, nisi ut unâ omnes rapiantur
ad supplicium, mortemq; eternam.

Ceterum in hoc periculo extremo magnam illu-
xisse calamitosissimo generi mortalium spem, i-
psum inquam eternum Dei filium, qui ut medium
se inter Deum & homines ingereret sequestrem,
& morti condemnatos ab interitu liberaret:

Incarnatus & homo factus est, nimirum ut ue-
re affligi ac mori posset, in sepe peccata nostra
reciperet, suaq; morte indebita, commeritam no-

De iustificatione

bis mortem aboleret, & sanguine suo à peccatis
uareret, & heredes constitueret uitæ æternæ.

Hoc paradigmate arbitror satis dilucidè exposi-
tam intercessoris rationem, & iustificationis qua-
litatem. Arbitror neminem non intelligere, Chri-
stum intercessorem: ac incarnationem & crucem
Domini Iesu illud ipsum esse, propter quod iustifi-
cemur.

Breuiissimæ quædam expositiones
iustificationis.

Deus gratia sua nos iustificat & saluat, sed pro-
pter Christum redemptorem nostrum, quem si-
amplēctimur, siue recipimus: ex qua deinceps en-
scuntur opera iustitiae, quæ appellamus opera
bona.

Alia.

Deus nostros morbos sanat, sed per medicinam
Christum, cuius quidem phararum & medicina-
niſi receperimus, sanitati nunquā restituemur.
Sanitatem sequuntur opera bona.

Alia.

Deus nos iustificat propter Christum, per fi-
dem, quæ mox exuberat in bona opera.

Alia.

Omnis sumus peccatores, iniusti, rei mortis &
æternæ damnationis.

Solus Deus est iustus, bonus & sanctus.

Hominis.

83

Vnde ergo saluabimur? Qui propria iusticia saluari non possumus, saluamur iusticia Christi, per quam in conspectu Dei iustificamur credentes.

Cum enim Christus sit uera iusticia & beatitudine, quisquis per fidem Christum agnoscit & accipit, is etiam in Christo accipit iusticiam & beatitudinem.

Alia.

Christus è cœlo uenit, & sua iusticia nos induit, suam innocentiam nobis communicauit: hac iusticia fredi, coram Deo patre apparere audebimus. Propriam iusticiam nullam habemus.

Alia.

Iusti sunt fideles, qui diffidunt de sua iusticia, & agnoscunt se per solam Dei gratiam & misericordiam fide in Christum saluari.

Alia.

Per Euangeliū discimus iusticiam Dei: hoc est, quomodo homo reddatur iustus apud Deum. Iustus autem est omnis fidelis, qui credit Christo: & is non aliunde uiuit nisi per fidem, is legē impletus, is peccatis caret. Omnis enim qui est fide in Christo, est in perfectione legis, & per hoc saluus. In Christo esse, est ei fidere, & firma fide hærere.

Alia.

Iusti sumus, si Christum per fidem receperimus, & immaculatos ab hoc seculo nos custodierimus.

f 2 mūs.

Deiustificatione

*mus. Christus enim iustus est, imò iusticia nostra.
Sumus ergo iusti iusticia Dei, quæ est filius eius.*

Alia.

*Iusticia operum & legis, non est uera iustitia,
nec potest constare coram Deo: sed solus Christus
est uera iusticia, quæ apud Deum ualet, et quæ nos
ad Deum dicit, & quæ nobis credentibus uitam ad
Deum aperit. Qui ergo iusticia operum abnegat
Christum suam iusticiam esse credit, is spiritu san-
cto est illustratus & doctus. Spiritus enim sanctus
docet, Christum in hoc uenisse in mundum, rur-
susq; ascendisse in cœlum, ut secum ad patrem
ducat omnes in se credentes.*

Alia.

*Per Euangeliū uera iusticia discitur, que co-
ram Deo ualet: & dicitur iusticia Dei, que Deo
iudicante subsistit, que Deo probatur, ac gratia
est. hanc in hominibus non inueniri, fides ipsa di-
ctat, & sacræ literæ testantur: Christum autem tu-
lem iusticiam esse, Paulus docet 1. Cor. 1. & ad Ro-
manos: at sic, ut nostra quoq; sit, donata nobis a
Deo.*

Alia.

*Christus est fidelibus iusticia, qui iuxta Spir-
itum, non iuxta carnem ambulant. Christus enim
his dūtaxat iusticia & legis satisfactio est, qui cr-
cifixo iam ueterē homine, Spiritui obtemperauit
hoc.*

hoc est, solis fidelibus. Qui ergo credit Christum
esse suam iusticiam, salutem et uitam, is est Christi,
& Spiritum Christi habet.

Alia.

Dei aut Christi iusticia est, quod Christus iustus
pro nobis iniustis mortuus est, & satisfecit, & nos
nocentes innocentia sua absoluit, ac patri reconcili-
auit. Atq; hæc Christi iusticia & innocentia, no-
stra facta est per fidem: quæ fides ex solo Spiritu
Dei est, à nulla re creata: qua iusticia & nos iusti-
cora Deo sumus: ac reputamur. Iusticia ergo Chri-
stianorum est, in Christum fidere, illiq; insitū esse.

Alia.

Iusticia est duplex: una iusticia Dei, id est,
quam Deus approbat, & quæ coram Deo consiste-
re potest, qua homo intus purus est & sanctus, &
ex corde operatur bonum. hanc donat Deus per
filium suum, & per Spiritum eius.

Vbi Spiritus & lux Dei in corde est, & fo-
ris in opera erumpit, & ut ignis emicat ac relu-
cet, non quidem ut per huiusmodi opera gloriam
appetamus, aut hominibus uideamur aut placea-
mus, sed ut fidem & iusticiam nobis per Christum
donatam exerceamus.

Altera iusticia est, quæ in externa conuersatione
sita est, & coram hominibus ualeat in operibus &
ceremonijs, quam Paulus ad Heb. carnis mortifica-
tionem

tionem uocat, quam innocenter & honeste uiuen-
do coram hominibus nobis vindicamus.

Alia forma iustificationis.

1 Post gustum Adæ facti sumus omnes filii iræ,
ex peccatore scilicet, peccatores nati: omnes era-
mus prævaricatores & hostes Dei. Causa autem i-
nimicitiae inter Deum & nos, peccatum erat.

2 Iam nento erat, qui nos cum Deo reconciliare
potuit, eo quod omnes eramus peccatores, eidem
culpæ omnes obnoxij.

3 Misertus nostri Deus, filium suum unigenitum
in mūdum misit, ut fragili carne circumdatus, mor-
te sua nos liberaret, & gratia Dei restitueret.

4 Qui conceptus de Spiritu sancto, ex uirgine
nascitur: et tandem sese pro nobis patri uolens per
mortem offert, nostra peccata expians.

5 Huius tam immensi beneficij à Deo per Christū
exhibiti annuntiatio, ac prædicatio, Euangeliū
dicitur.

6 Quod nihil aliud annunciat & prædicat, quam
quod Deus dedit nobis filium suum, ut noster esset
totus. is nostra iusticia & innocentia est coram
Deo: huic uni fidamus, buic firma fide herecamus,
& sic iustificamur & saluamur.

7 Hanc gratiam & misericordiā Dei per Chri-
stum exhibui, tam immensam, si fidelis pectorē re-
ceperimus, tum Deum uerè agnoscemus: nempe
quod

quod sit pater noster pientissimus.

8 In hunc cor nostrum rapietur, ut in eo ardeat:
huic uni placere, & coram eo innocenter ambula-
re studebimus: ne hunc tam benignum patrem un-
quam offendamus, summopere cauebimus, patien-
tienter & aequo animo ferentes, quicquid nobis à
tan amante patre siue latum siue aduersum obue-
nerit.

9 Hec est iusticia fidei, quam Deus approbat:
& que coram oculis Dei consistere poterit, que
ex fide acquiritur sine operibus: sed ex ea sequitur
iusticia operum, que opera sunt fructus iusticie
fidei.

Alia forma & confessio iustifi- cationis.

1 Ego sane, iudicet de me mundus quicquid ue-
lit, non sentio in carne mea iusticiā, sed peccatum,
& in peccato sum mortuus: & video in peccato
mori, peccatisq; captum esse totum genus huma-
num: sentio in mea carne me sollicitari, captiuari
& rapi ad auaritiam, superbiam, libidinem, adul-
terium, iram, odium & inuidiam: breuiter, nihil ni-
si peccatum sentio, sum peccator perditus & dans-

2 Insuper mecum cogito, quomodo tollatur pec-
catū, & unde sit iusticia et salus per peccatū amis-
sum per legē: at lex peccatū auget, iram et mor-
tali-

tem peccati, pœnas exasperat, conuincit me esse peccatorem, reum æternæ damnationis: perterrefcit cor meum, auget peccatum, & occidit me. non inuenio in ea quicquā solatij, consilij spei, remediij, aut refocillationis.

3 Quid igitur hic spei, quid hic remedij? Nusquam quicquam, nisi in solo Christo Iesu, qui me dilexit, mei misertus est, & semetipsum pro me tradidit, factus pro me maledictū & peccatum: id est, hostia pro maledicto et peccato, ut me à maledicto & peccato redimeret: passus crucifixus, mortuus pro peccatis, & resuscitatus propter iustificationem mei.

4 Hoc uno me sustentor, hoc me consolor, quod hic est Dominus & rex meus, habens nomen & titulum hunc, quod sit rex iusticiæ & pacis æternæ, qui mihi iusticiam & pacem attulit, mortem & peccatum aboleuit: qui pro me tulit damnationem, quam in æternum debebam ferre.

5 Vedit me impium, errantem, auersum à Deo, & semper longius recendentem ab eo, & pugnante atq; murmurantem contra Deum: captum, recessum, uectum à diabolo: me ut ouem perditam atq; drachmam quæsiuit accensa lucerna, me ut filium prodigum atq; perditum in gratiam recepit. Sicut & Matthæum in telonio, Zachæum in arbore, & la-

⁶ Huius

Hominis.

89

6 Huius me Euangelium, Iesu Christi doctrina,
certificat, quod proponit mihi hunc Iesum Chri-
stum agnum Dei immaculatum pro me passum: &
annunciat, me eius passione & morte liberatum à
morte, peccato, lege, diabolo & inferis: me Deo
patri reconciliatum per eius sanguinem, ac trans-
latum in regnū uitæ, iusticie ac pacis per Christū:
me esse filium Dei: Deum esse patrem meum, Chri-
stum fratrem, & me cohæredem Christi.

7 Est enim mihi Christus uerus Deus & homo,
natus, datus, & donatus: totus meus est, & ego e-
ius sum: per hunc Deus, meus est Deus, pater mis-
ericors. Hic Christus mihi sua passione, morte &
resurrectione peperit & promeruit iusticiam &
pacem æternā, regnumq; æternum: satisfecit legi,
uicit, deleuit & amouit à me peccatum, iram Dei
& mortem.

8 Que omnia fide, seu per fidem, siue in ipsum
credens, in ipso Christo Iesu fide apprehendo, ex-
tendo. Christus enim fide apprehensus & in me ha-
bitans, est iusticia mea, meq; iustificans: propter
quam iusticiam, seu Christum fide apprehensus,
Deus in e reputat iustum, & donat uitam æternam.

9 Et quia Christus sanguine suo me ab omnibus
peccatis mundauit, sua gloriissima uictoria mor-
tem superauit, legem cruci affixit: certò nunc sta-
tuo, iram Dei placatam esse, & me ei reconcilia-

f 5 tum

tum per filium, ut nihil amplius iuris, tyrannidis,
domini & accusationis in me habeant, lex, Sa-
than, peccatum & mors: certusq; iam sum, me ē
captiuitate in libertatem, de morte in uitam, de
peccato in iusticiā esse translatū, & me post hanc
uitam in summa gloria, pace & gaudio uicturū.

10 Est ergo Christus fide à me apprehensus, n-
icum scutum & remedium meum contra uim &
terrores hostium, legem, peccatum & mortem. Si
cut in hunc nullum ius accusandi, damnandi & in-
terficiendi habent, quia ueritas, iusticia et uita est:
ita in me quoq; eius ueritas, iusticia et uita mea est:
omnia quæ Christi sunt, & quecunq; habet, mihi
communicata & donata sunt, per fidem in ipsum:
hunc si habeo, habeo mecum, uictorem legis, pecca-
ti, mortis & diaboli: qui illis omnibus imperat, ne
nocere possint.

11 Is consolatur me, & bene me sperare iubet,
inquiens, & me alloquēs dulcissima hac uoce: Con-
fide fili, remittuntur tibi peccata tua. confide, e-
go uici mundum: uenit princeps huius mundi, sed
in me non habet quicquam: hodie mecum eris in
Paradiso. ego sum agnus Dei, tollens peccata mun-
di. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet,
uenite ad me omnes, &c.

12 In hunc Christū Iesum Dei filiū cū credo, mihi
cōdonata sunt peccata: & que reliqua sunt adhuc
in

Hominis.

91

in carne mea, ea mihi non imputantur, propter fidem in ipsum, & quia mihi peccatum remissum esse credo. Ergo in me nihil iuris habet lex, mors, & peccatum, quæ per hunc Christum absorpta sunt: neq; me deuorare possunt, quia sum in Christo.

13 Est autem officium Christi, me laborantem in gemitu peccati & mortis, in agone iuuare contra hæc, ut etiam in me uincantur, non aliqua mea uirtute, sed uirtute Christi, triumphantis in me per uerbum suum, ut dominetur Christus peccato & morti, non solum in se, sed in me quoq;.

14 Hec est mea summa læticia, et maximum meū gaudium, per Christū scilicet fractos & uictos esse hostes atq; tyrannos meos, eorumq; potentiam, & mein ipsum credentem ab eorum oppressione liberatum, per hunc pœnam peccati mei sublatum: ut iam summa cum fiducia hisce hostibus meis insultare possum, & dicere,

15 Vbi est quæsto uictoria uestra? agite ubi est stimulus uester? Hic est Iesus Christus filius Dei, saluator meus, in quē ego credo, qui est mihi natus, passus, crucifixus, mortuus, & resuscitatus: qui ut uerus Deus et homo potens, dissoluit opera uestra, cōtrivit caput tuū serpēs, te legē abrogauit, te peccatum dānauit, te mortem aboleuit, te infernum destruxit: is te Sathan captiuauit et uinxit, & om-

nia

nia mala conculcauit, captiuua duxit, & triumphauit de uobis in semetipso. uos uicit, & uestram potentiam, dominium ex tyrannidem ita cōfregit, ut nihil amplius iuris in me habeatis, ut mihi & omnibus credentibus in Christum non possitis amplius nocere.

16 Ideo sic statuo, licet sim peccator maximus, sicut lex me accusat, tamē ideo nō despero, ideo nō morior, quia Christus uiuit, qui est iusticia & uita mea æterna ex cœlestis: in illa iusticia & uita nullū habeo peccatum, conscientiā & mortem.

17 Nihil etiā me mouēt minæ & terrores uestrī. Etsi hæc iusticia per fidem mea facta non dū est perfecta, neq; sensibilis, ideo tamē nō despero: sed fides monstrat mihi Christum, quo confido. hoc fide apprehenso luctor cum ignitis telis diaboli, & animor per spem contra sensum peccati, statuens perficam iusticiam mihi paratam in cœlo. Sum quidem hic iustus, iusticia incipiente, & in ea spe erigor contra peccatū, & expecto cōsummationem perfectæ iusticiæ in cœlo.

18 Sum quidem peccator secundum præsentem uitam, & eius iusticiam, ut filius Adæ: ubi accusat me lex, regnat mors, & tandem deuorabit me.

19 Sed supra hanc uitam, habeo aliam uitam, & liam iusticiā, quæ est Iesus Christus Dei filius, qui nescit peccatum & mortem, sed est iusticia & uita æterna,

eterna: propter quem etiam hoc corpus meū mortuum, sepultum, & in cinerem redactum, resuscitabitur à seruitute legis & peccati, simulq; cum spiritu sanctificabitur.

20. Sum enim baptisatus, & per Euangelium uocatus ad communionem iusticie & uitæ æternæ, ad regnum Christi, in quo mea conscientia acquiescit: ubi nulla lex est, sed mera remissio peccatorū, pax, quies, læticia, salus, & uita æterna.

21. Nolo itaq; uos tyrannos, duros & crudeles exactores, in conscientia mea regnare: siquidem ea est sedes & templum Christi filij Dei, qui est rex iusticie & pacis, ac dulcissimus saluator & mediator meus, is conseruabit meam conscientiam letam et pacatā in sana et pura doctrina Euangeliū, et cognitione ueræ iusticie, que est Christus crucifixus, fide apprehensus.

22. In te ergo Iesu Christe, fili Dei, respicio et cōfido: qui propter me factus es homo, pro me passus, et in cruce mortuus, sepultus et resuscitatus: in te solum inquit oculos & cor meum figo, qui sedes ad dexteram Dei patris: cui omnia sunt subiecta. quies mediator et propitiator meus, intercessor, reconciliator, impletor legis, et satisfactor, iustificator & saluator.

23. Tu dulcissime Christe, es iusticia mea, me iustificans: benedictio mea, me benedicens: uita mea, me uiuificans:

De iustificatione

uiuificans: gratia Dei , Deum mihi reconcilians:
cœlum meum, dans mihi uitam æternā. In te trans-
fero peccata mea, mortem, maledictionem: & om-
nia mala quæ me premunt: & uicissim iusticiam
tuam, uitam & benedictionem, à: e in me transfe-
ro . Omnia tua, mea sunt : & omnia mea, tua
sunt.

24. Et quia certò scio, & credo, Christum ea-
se iusticiam meam, ideo etiam Christus spiritu
suo in me uiuit: operatur in me, potens & efficax
est, facit me ex animo & cum gaudio obedien-
tem, obsequenter, promptum, paratum & uo-
luntarium ad opera uocationis meæ, & charitatis
erga proximum.

25. Postquam enim Christum fide apprehendi,
per ipsum iustus sum: hoc est, iustificatus à peccato,
liberatus à morte, diabolo & inferno: tunc ini-
cipio bene operari, seu bona opera facere, diligi-
re Deum & proximum, inuocare, gratias age-
re, prædicare, laudare Deum, benefacere & ser-
uire proximo, facio meum officium sedulò & di-
ligenter.

26. Hæc uerè sunt bona opera, quæ ex fide
fluunt: sed non informant meam fidem, nec or-
nant, sed fides mea informat & ornat hæc bo-
na opera, seu charitatem. nulla enim opera bo-
na sunt satisfactoria, neq; merentur iustifica-
tionem,

tionem, imò eam sequuntur.

²⁷ Est ergo Christiana uita, firma fiducia in Deum per Christum, & innouatio uite in Christo, carnisq; mortificatio. Christianum enim esse, est nouum hominem esse, qui uerum Deum agnoscit, huic uni fudit: in hunc sperat, hunc super omnia amat, cui Deus est omnia, qui iuxta Dei voluntatem duce Spiritu uiuit. Tum etiam Christianum esse, est seruum esse Christi, illi fideliter servire, mori peccato: non sequi affectus carnis, sese abnegare, innocenter in Christo uiuere.

²⁸ Si enim Christi sumus, uoluntati eius studebimus. Voluntas eius est, ut illi fidamus, diligamus proximum, pure & innocenter uiuamus. Decet enim nos, qui Christiani sumus, ut sumus noui homines, noua creatura in Christo, ut nouam uiuamus uitam: carni debemus mortui esse, ut non carni posthac, sed Deo uiuamus, per Christum.

²⁹ Insuper per Christum liberati sumus à lege, à maledictione & damnatione legis, dum ipse factus est pro nobis maledicto, cruci scilicet affixus, non ut legem non faciamus, sed ut nos alterius sumus, nempe illius qui à mortuis resurrexit, ut frustringemus Deo: ut omnia quæ legis æternæ sunt, spiritu & charitate ducente faciamus sponte & hilariter.

De iustificatione
TRIPLEX EST IUSTICIA:
Ciuilis, Pharisaica, Christiana.

Ciuilis iusticia.

Ex Deo est constituta, ad pacem & honestatem inter homines conseruandam: qua legibus, iuri & magistratui satisfacimus. non saluat coram Deo. nō est data ut iustificet, sed habet hic suarum rena merita.

Iusticia Pharisaica, seu externa:

Est iusticia legis, seu operum, ex obseruatione mandatorum Dei, secundū literam in Decalogo: quæ etiam non iustificat, nec data est quæ possit iustificare.

Lex enim data est, ut declareret homini peccata, iram Dei, horrendum iudicium, & ita manuducat ad Christum, &c.

Iusticia Christiana, quæ coram Deo ualeat:

Est ipse Christus. sicut inquit, Nisi abundauerit iusticia uestra plus quam Scribarum & Phariseorum, &c.

Nempe, se esse ueram nostram iusticiam: qui filius est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio: qui peccata nostra pertulit, & dolores nostros portauit, cuius liuore omnes sanitati sumus.

Eam iusticiam, quæ est in Christo, non consequimur nisi per fidem in Christum: qua concipi mus

Hominis.

97

mus quicquid est et habet Christus, iusticiam, uitā
eternam, & hereditatem regni cœlorum. Sic etiā
quecunq; pater habet, Christi sunt, & nostra in
Christo: quoniam quæ Christus habet, nostra sunt,
& totus ille Christus noster est.

Saluamur ergo iusticia fidei, quæ est Christus,
fide apprehensus. Christus enim est iustus, iustifi-
cans nos à peccato. Est saluator, quia in sola fide
passi & suscitati Christi omnes saluamur.

GRADVS IVSTIFI- cationis.

Omnes homines esse peccatores.

Totum genus mortalium peccato est obnoxii.

Omnes homines sunt peccatores.

In homine nulla est iusticia.

Omnia hominū facta sunt corrupta, atq; peccata.

Mens & uoluntas nostra prorsus est impura.

Nullus nostrum Deū requirit, sed affeclus nostros
sequimur.

Omnes opus Dei uel prorsus negligimus, uel ne-
gligenter facimus.

Nemo nostrum quicquam boni, iusti & ueri exer-
ceret.

Homo nihil nisi peccatum est.

Homo nihil nisi caro est.

g

Homo

Homo totus deditus est peccatis.

Homo propensus est ad malefaciendum.

Homo nihil meditatur, quam quod malum est.

Vnde sumus peccatores?

**Ex Adam omnes facti sumus peccatores, quot
quot ex eo nascimur, peccatum per Adā in mundū
uenit, et hoc peccatum originale morbus est. Hoc
peccatum, quod per Adā in mundū introiit, in om-
nes introiit, ita ut omnes peccatores cōstituerētur.**

**In Adam tanquam in radice, infecti & morbi-
di facti sumus omnes.**

**Malum non à natura Dei, sed à nostra natura
proficiscitur.**

**Bonum considerat Deus hominem: sed homo sus-
inobedientia, malaq; cupiditate superatus, in ini-
nitate non persistit, sed suapte culpa excidit:
unde nunc omnis mali semina.**

Peccatum Adæ in omnes homines effluxit & serpuit.

Adam omnes homines in peccatum coniecit.

**Est igitur peccatum, non solum statuta legis
transgressio, sed etiam ipsa innata malicia & pro-
clivitas ad peccandum ex Adam, originale & ha-
reditarium.**

Quid sequitur peccatum?

Ab homine est peccatum & mors.

Ab Adam peccatum profectum est, & mors.

Sicut ille peccauit, & ob peccatum in morte incidit,

sic

Hominis.

99.

sic nos quoq; peccantes in mortem incidimus.
Peccatum et mors ab homine, non à Deo, cœu auto
re primario, proficiscuntur.
Morimur non Dei boni culpa, sed nostro malo ui-
tio.

Peccati poena est mors.

Vbi mors est, ibi est et peccatum.

Sic morti omnes obnoxij sumus.

Peccatum mors animæ est.

Per Adam omnes homines peccatores, et morte dñ
gni atq; damnatione facti sunt.

Peccatum est causa malorum.

Ex peccato nihil erit nobis stipendij, quam æterna
mors.

Peccatum et mors per Adamum in orbem in-
troiit.

Omnes homines sunt peccatores, et ex peccato
mortales.

Est ergo exordium peccati non ex Deo, sed ex ho-
mine: eo q; uno, scilicet Adamo, ex quo uelut in-
fecta radice malū progressum est in omnes ho-
mines.

Vnde est peccati agnitus? Ex lege.

Lex est cognitio, aut index peccati.

Lex cognitum reddit peccatum. (catum.)

Lex offendit peccatum, et nos nihil esse quam pec-
catores.

Lex iram operatur.

Accusat transgressores, adeoq; damnat.

Ostendit omnem concupiscentiam humanam peccatum esse.

Per legem indicatur & cognoscitur peccatum, quum tum sit.

Per legem proditur praevaricatio, que fit contra legem Dei.

Per legem traducitur immundicia carnis.

Per legem cognoscimus, omnes affectus nostros peccata esse.

Item omnia consilia & studia nostra, & opes.

Ex lege cognoscimus, quam praui, quam corrupti sumus, quantis peccatis obnoxij. planeq; nibil boni in nobis esse: & sic per legem damnamur, & rei sumus.

Homo non potest iustificari lege.

Nemo fit lege iustus.

In lege omnes sumus mortui.

Lex non iustificat.

Ex factis legis nemo iustificatur.

Vnde ergo salus?

A Deo, non a nobis, bonum salutis.

Ex gratia iustificamur, non ex meritis nostris.

Merita nostra damnatio, iustificatio gratia.

Vita æterna datur ex gratia, non ex merito.

Merita nostra, misericordia Domini.

Magnitudo

Hominis.

101

Magnitudo gratiae, maior multitudine delictorum.

Salus omnis in Christo.

Salus per fidem in Christum.

Nemo iustificatur nisi per fidem Christi.

Omnis dispositio salutis nostrae à Deo quidem, sed
per Christum.

Cur ergo data est. Lex?

Lex morbi ostendit, ut ad medicum confugiamus.

Lex data, ut gratia quereretur.

Lex damnando, mittit ad Deum iustificantem.

Lex lata est ad impedienda peccata, ad cohercendas transgressiones.

Lex est paedagogia quædam ad iusticiam.

Lex non solum ostendit peccatum, sed etiam compellit ad Christum.

Lex urget ad querendum auxilium, & solatium, apud Christum.

Lex data est, ut declaret homini peccatum, iram Dei, horrendum iudicium, & ita manuducat ad Christum.

Lex cohercet et concludit tanquam in carcere indomitos: arguit, humiliat, perterrefacit: & sic humiliatos & contritos, cogit aspirare ad semen illud benedictum.

Lex habet suum præscriptum modum, tempus, & finem, usq; ad Christum.

De iustificatione

*Euangelio rursus eriguntur mentes
lege perterritæ.*

*Euangelium illuminat, iuiccat, consolatur &
rigit pauidas mentes.*

Euangelium est reuelatio filij Dei, & cognitio Iesu Christi.

*Euangelium docet nos per Christum iustificari &
saluari.*

*Euangelij doctrina docet remissionem peccato-
rum gratuitam per Christum.*

*Per Euangelij doctrinam conculcatur diabolus, &
struitur eius regnum, eripitur ei lex, peccatum
& mors.*

*Euangeliū est talis doctrina, quæ damnat omnem
iusticiam, & solam Christi prædicat: & ijs qui
cum amplectuntur, assert pacem conscientia
& omnia bona.*

*Euangeliū est doctrina gratiæ & salutis, quæ af-
fert omnia bona spiritualia et corporalia, nem
pe remissionem peccatorum, ueram iusticiam
pacem cordis, & uitam æternam.*

*Affert lucem & iudicium certum de omnibus do-
ctrinis, & uite generibus.*

Confirmat politiam & oeconomiam.

Extirpat doctrinas erroris, & seditionis.

Eximit terrorē peccati & mortis.

Detegit infidias & opera diaboli.

April

Hominis.

103

Aperit beneficia Dei, & amore erganos in Christo.

Quid quæso discriminis est inter Legem & Euangelium?

Lex assert peccata, Euangelium auferit.

Lex reuelat & auget peccata, Euangelium promittit remissionem peccatorum.

Lex assert ira Dei, Euangeliū assert gratiam Dei.

Lex assert peccata, Euangelium assert iusticiam.

Lex turbat conscientiam, Euangelium consolatur.

Lex occidit, Euangelium uiuificat.

Lex assert infernum, Euangelium assert regnum cœleste.

Quibus autem contingunt?

Solis fidelibus, qui Christum accipiunt.

Christus cum beneficijs & salute sua accipitur.

Sola fide opus est, ut accipias Christum.

Sola fides est organum, quo accipitur Christus.

Oportet in Christū credere, ut beneficio eius fru-

ris.

Fide in Christum, contingit nobis iusticia & salus.

Qui Christū per fidem habet, is etiam habet Deū,

& sic perpetuam uitam & salutem.

Christus accipitur & inseritur nobis per fidem.

Fide uera Christus in cor recipitur.

Vera fides ex Deo est, per Spiritum sanctum in corde credentium excitata.

Ea fides iustificat, quæ apprehendit & possidet
Christum. Qui fide apprehendit Christum, &
iustus est coram Deo.

Quid facit fides?

Fides in Christum, fugat legis terrores.

Fide ueniente, non sumus sub paedagogo.

Fide præsente, lex non habet locum.

Fide in Christum morimur legi.

Fides efficit filios Dei.

Fides sola, Christi beneficia apprehendit.

Fides unit nos cum Christo.

Fides iustificat sine lege.

Fides adhæret ex nitiuit promissione.

Sine fide omnia mortifera.

Sine fide Deus & Christus nihil prosunt.

In ipsa fide Christus adest.

Fide sola saluemur.

Fides non solum iustificat, sed & saluat.

Fides impetrat spiritum, legis impletorem.

Sola fide Christi iustificamur.

Impius per solam fidem iustificatur apud Deum.

Nemo iustificatur, nisi quæ iustificauerit Christus.

Non præceptis, sed fide iustificamur, gratis.

Non meritis, sed gratuita gratia iustificamur.

Iustificamur gratia Dei, per Christum. (cat.)

Fide gratis iustificamur. Sola fides Christi iustifi-

Iustificationis

*Iustificationis principium & finem, gratia sibi
uendicat.*

Gratiæ est initium, medium & finis.

Impius credens fide iustificatur.

In solo Christo iustificatur impius.

In solo Christo iustificatio.

Salus per fidem in Christum.

Salus omnis in Christo.

Nulla salus sine Christo.

Solus Christus sufficit ad salutem.

Sine Christo apud Deum nulla salus est.

Gratia Dei saluamur, per fidem.

Iusticia à solo Christo.

Iusticia Dei Christus est fidelibus.

Solus Christus est iusticia nostra, & uita.

Christus est perfecta & æterna iusticia nostra.

Iusticia nostra est Christus fide apprehensus.

Christus est iusticia & uita mea, æterna & cœler-

stis.

Christus in corde per fidem apprehensus, iusticia

nossa est.

Fides sola, solum Iesum Christum apprehendens, iu-

stificat.

Iustitia Euangeliæ est coelestis & passiuæ, diuina

& æterna: quam non habemus, sed è cœlo acci-

pimus: non facimus, sed fide apprehendimus.

De iustificatione

Hæc iustitia est Christus, qui factus est nobis à
Deo iustitia.

Christus est nostra reconciliatio, iusticia, pax, uita
et salus.

Iusticia Christi nostra est.

Vita, iusticia et salus, sunt in solo Christo Iesu Do-
mino nostro.

Solus Christus est uera nostra iusticia, per fidem.
Christus est mediator, satisfactor et iusticia nostra
per fidem.

Vera iusticia est per solam fidem in Christum.

Iusticia et uita est in Christo abscondita.

Omnis per Christum iustificati sumus. Ipse enim
est iusticia nostra.

Iusticia Christiana, quæ coram Deo ualeat, est ipse
Christus.

Iusti qui?

Iustus est, qui in gratia est, qui fidem habet.

Iusti sumus non nostra, sed Dei iusticia.

Iustus coram Deo est, quicunq; credit uerbo Dei.

Iusti sumus in Christo.

Iustus dicitur, qui propter Christum reputatur
iustus, et ambulat in pia Dei uocetione.

Iusti habemur coram Deo, per fidem Iesu Chri-
sti.

Iustus est, qui credit iustificanti Deo.

Iusti sumus coram Deo, per Christum.

Iustus

Iustus est, qui fidelis est: & is non alius unde uiuit, nisi per fidem.

Iusti sumus iusticia Dei, quae est filius eius.

Iustificati faciunt bona opera.

Opera bona sunt testes fidei, non causa salutis.

Bona opera non sunt prohibenda, sed fiducia in opera.

Opera non iustificant.

Nihil iusticie consequimur nostris operibus.

Opera bona sunt, quae ex fide per charitatem in proximum fiunt.

Bona opera ad mortificationem nostri pertinet, & ad seruitutem proximi.

Proximus indiget nostris bonis.

Opera bona sunt fructus spiritus.

Sunt uiua testimonia uiuentis intus fidei.

Opera nulla satisfactoria sunt.

Opera bona non merentur iustificationem, immo eam sequuntur.

Opera sine fide quaecunque peccata sunt.

Opera quae ex fide sunt, placent Deo.

Opera sunt signa iusticie & salutis.

Operibus redditur sua merces, non quidem merita, sed ex gratia & dilectione promissa.

Credens

109 De iustificatione hominis.


Credens facit bona opera, quæ Deus præcepit: non
ut mereatur beneficia Christi, sed ut fide acce-
pta ne abijciat. Qui enim peccatis seruit, Chri-
stum abijcit, quem fide accepit.


In summa: Iustificati per fidem, faciunt in tempore
suo multa bona opera, à patre ipsis mandata. Fi-
des enim iustificationis Dei, non est res mortua
in nobis, sed operatur per dilectionem, facit o-
pera dilectionis: quæ dilectio habet remuner-
tionem, propter Dei promissionem.


Solus Deus nos iustificat: sola illa fide, quæ in fun-
damento Christum possidet, & postea per chari-
titatem est efficax. Hæc enim fides uiua, parit
bona opera.

Iusticiæ assertores, hostes habent. Promittit ergo
Christus assertoribus iusticiæ, regnum celo-
rum: & uocat eos beatos, quos mundus ut ne-
bulones & sceleratos execratur.

FINIS.







OCN 900341088